





9d. 8..





Q. D. B. V.  
DISPUTATIO INAUGURALIS  
*De*  
SERVITUTUM PRÆ-  
SCRIPTIONE.

*Quam*  
Autoritate ac Permissu.  
INCLUTÆ FACULTATIS JURIDICÆ  
In Alma EBERHARDINA

*Sub PRÆSIDIO,*  
DN. BURCKHARDI BARDILI,  
U. J. D. & P. P.

*Pro summis utroque in Jure honoribus ac Pri-  
vilegiis DOCTORALIBUS, rite & legitime  
consequendis.*

Die Januarij.

Placidæ Eruditorum ventilationi

*subjiciet*

JOHANNES LUDOVICUS Kreydenmann/  
Eßling.

TVBINGÆ,

Typis JOH. HEINRICI REISII.


---

*Anno M DC LXX.*









VIRIS

ANTIQUA GENERIS PRO-  
SAPIA ILLUSTRIBUS, MAGNO GENEROSARUM  
VIRTUTUM ENCOMIO CONSPICUIS, S. CÆ-  
SAREÆ MAJESTATI A CONSILIIS ET E-  
QUESTRIS AD COCCHARUM OR-  
DINIS

DIRECTORI

*Cæterisque*

DEPUTATIS.

DOMINIS MEIS CLEMEN-  
TIBUS AC GRATIOSISSIMIS.

Felicitatem perennem.



Ngratitudo, cum haud dubie  
principem in vitiorum lerna lo-  
bum obtineat & ejusdem affectæ

A 2.

omni



omni honestorum consortio indigni merito  
 habeantur, eam summo semper odio sum-  
 prosequutus, canaque pejus & angue fugien-  
 dam censui, facultatum quidem mearum,  
 tenuitatis probè conscius, utpote quæ Bene-  
 factoribus par paribus referre neutiquam va-  
 lebant, animus tamen gratus, beneficiorum  
 non immemor, & ad quævis obsequia para-  
 tissimus, nunquam defuit, proinde ut fidem  
 verbis facerem, **VOBIS, ILLUSTRIS-  
 AC GENEROSI DOMINI**, ultimum  
 hunc meum, Academici laboris foetum, in-  
 gratae mentis & submissæ venerationis tesse-  
 ram offerre, pedibusq; Vestris subjicere non  
 erubui. Munus certè, in me, meosque me-  
 ritis nusquam respondens, tanta enim gratia  
 tanto beneficiorum cumulo beatos in **DEO**  
 Avum Patremque excepistis, ut fera etiam  
 eorum posteritas in æternum sese Vobis to-  
 tique Illustri huic ordini, devinctam agno-  
 sceret. Quid verò! non tantum in Avum  
 & Patrem, sed & in me filium, insignia sin-  
 gularis



gularis GRATIÆ ac munificentia specimina  
contulistis, quæ pro dignitate satis deprædi-  
care ullove modo demereri nec lingua nec  
calamus viresque sufficerent. Studiis enim  
meis, reliqua ut præteream, gratiofo ac libe-  
rali nummorum imbre per aliquot annos ita  
succurriftis, ut eo deficiente miserrimum fi-  
bi interitum pro certo divinare debuiffent.  
Quod munificentia genus, quod liberalita-  
tis specimen, ingrato animo ne agnoviffe vi-  
dear, præfens hoc Inaugurale Exercitium  
humilima mente Vobis oblatum, Clementi  
Gratiofoque vultu, ut fufcipiatis, & me, à cu-  
nabulis Vobis dicatum ulteriori gratia fo-  
veatis, fubmiffâ mente contendo

VEST. CLEM. AC GENEROSIT.

*Cliens addictiffimus*

Johannes Ludovicus Kreydenmann.





PROOEMIUM.

**N**ihil durius, nihil odiosius esse servitutis acquisitione, propter quod tam cito ad rixas & arma nedum ad lites decurratur; dum unusquisque naturalem rei suæ libertatem quantum potest, tueri studet, testatur experientia, docentque præterea de hac materia quotidianæ in foro litium velitationes. Unde causas in quibus hæc Prædiorum jura versarentur, olim Centumvirales & inter gravissimas numerari solitas fuisse, ex Cicerone constat. Cum itaque auctoritate & permissu Amplissimæ Facultatis Juridicæ, post superata in utroq; Jure ex more examina, Inauguralis Disputatio conscribenda mihi esset, nobilissima statim de PRÆSCRIPTIONE SERVITUTUM materia, animo obversabatur, quam etiam annuente DEO placidæ Eruditorum ventilationi sisto. Ne autem sine ordine procedam, totam rem 4. capitibus involvam. Acturus primo de definitione & divisionibus. II. De longi temporis præscriptione. III. De longissimi: IV. Denique de præscriptione servitutum immemoriali.

CAPUT I.

*De Definitione & Divisionibus Præscriptionis, qua servitutes acquiruntur.*

Th. I.

**P**ræscriptionis vocabulum, † quam varias in jure nostro habeat significationes, nemo tam hospes est in jure, qui ignorat. vid. inrerim. l. ult. ff. de susp. tut. l. pen. & l. ult.



*l. ult. C. de except.* Hoc loco † singularem denotat mo- 2  
 dum, quo servitutes ad exemplum rerum immobilium, per quasi  
 possessionem *l. 1. l. 2. C. de serv. l. si quis diuturno 10. ff. si serv. vind.*  
*l. 1. §. fin. l. 2. ff. aq. plu. are* acquiruntur. Quod iterum fit dupliciter † 3  
 vel enim servitus jure Civili longo tempore quæritur *l. ult. in fin.*  
*C. de long. temp. præscript.* vel utiles saltem actiones concedun-  
 tur *d. l. 10. ff. si. serv. vind. l. 1. §. fin. ff. aq. pl. arc.* Coras *ad l. servi-*  
*utes 14. ff. de servit. 4.* Ultraque † significatio est hujus loci. Dam 4  
 vero de servitutum præscriptione sermo mihi est, facile unumquem-  
 que colligere autumo, hoc loco me non acturum de præscriptio-  
 ne servitutis extinctiva † uti eam vocant *Castill. tr. de Usufr. c. 68.* 5  
*num. 2. & 4.* Schifordeker *ad Anton. Fabrum. lib. 1. tr. 5. q. 4.*  
 quando videlicet per quasi possessionem quis contra servitutum ha-  
 ctenus alterius fundo vel personæ debitam, libertatem prædii sui  
 vindicat, de qua vid. *Joh. Corasium ad l. 14. ff. de servit. num. 41.*  
 quæ etiam sedem suam habet in *l. 13. C. de servit. l. fin. ff. quem.*  
*serv. am. l. 15. ff. quibus modis. us. am. l. 10. ff. de S. V. P.* sed † de 6  
 præscriptione servitutis acquisitiva, qua nimirum is, qui servitutum  
 in alterius fundo hætenus non habuit, eandem vel sibi vel prædio  
 suo acquirit. Illa enim † servitus constituta amittitur, non autem 7  
 constituitur & acquiritur alia, nisi fortè per consequenti-  
 am, dum videlicet quis usucapiendo libertatem luarum æ-  
 dium, acquirit iis servitutum contrariam, ei, quæ amissa fuit, hoc est  
 negativam, si amissa fuerit affirmativa, & contra. *Anton. Fab. lib. 17.*  
*conject. c. 9.* Hac † vero nostra, servitus, quam antea quis non ha- 8  
 buit, de novo constituitur. Deinde cū servitutes dupliciter † per præ-  
 scriptionem adquirantur, vel per se & principaliter, vel minus princi- 9  
 paliter & per consequentiã, quando videlicet prædium ipsum, cui ser-  
 vitus debetur usu capitur, & sic cum sua cõditione ad novum domi-  
 num transit *l. 10. §. 1. ff. d. usucap. Arnold. Vinn. lib. 1. sel. 9. cap. 31.*  
*Donell. lib. 11. comm. cap. 12. in fin.* proinde in limine statim mo-  
 nendum fuit, non hanc, sed illam servitutum præscriptionem, fore 10  
 considerationis nostræ objectum.

## II.

Deinceps † vox servitutis dupliciter accepta reperitur.

Inter -



2 Interdum enim † conditionem, statum & qualitatem hominum in  
 aliqua servitutis specie viventium, denotat. §. 1. *J. de Jur. pers. et.*  
 3 *ff. de St. hom.* sed non rarò etiam † qualitatem, & conditionem  
 rerum, alteri alicui, rei, vel personæ utilitatem vel commoditatem  
 4 præstantium. Est ergo servitus hoc loco jus in re, † à domi-  
 nio separatum, & eidem contra distinctum *l. 30. ff. de nox act. l. 13.*  
*§. 1. l. 19 ff de damn. inf.* Hahn. *tr. de Jur. rer. §. 9.* Arnold. Vinn,  
 ad §. 11. *J. de R. D. num. 11.* Molin. *de J. & J. tom. 1. tr. 2. d. 2.*  
 pr. quo, rei illius Dominus, ad alterius vel rei, vel personæ utilita-  
 tem, aliquid vel non facere, vel pati cogitur vid. text. *l. 5. §. 9. ff.*  
 5 *de N. O. N. l. 15 ff. de servit. l. 1. pr. ff. si ususfr. pet.* Quanquam ve-  
 ro † hoc vocabulum in latiori significatu illa quoque jura quæ  
 servitutes non nisi analogice dicuntur, juxta quorundam sententi-  
 6 am completatur: nobis tamen impræsentiarum de servitute proprie  
 sic dicta, sermo erit.

## III.

1 Est itaque præscriptio servitutum nihil aliud, † quam  
 modus singularis acquirendi, quo, ut rei Dominus in  
 suo prædio, contra ejus naturalem libertatem aliquid  
 vel non facere vel pati cogatur, per quasi possessionem  
 temporis lege definiti, efficitur.

2 Generis † loco dicitur in definitione modus singularis,  
 non dominium quidem, uti in præscriptione rerum corporalium:  
 sed jus à dominio separatum & tale nimirum, quo, uti dictum, domi-  
 nus in suo aliquid contra naturalem prædii sui libertatem, aliquid vel  
 non facere vel pati cogitur, acquirendi. Singularis autem dicitur  
 3 † hic modus, quoniam in jure nostro extant modi quibus univer-  
 sitas nobis acquiritur §. *ult. Inst. per q. pers. cuiq. acquir:* Cum ve-  
 4 ro † multis effici modis possit, ut Dominus alicujus rei aliquid  
 in suo contra naturalem libertatem vel non facere vel pati cogatur  
 §. *ult. l. de servit. l. fin. §. ult. C. de serv. l. 22. §. 3. ff. fam. ercis.*  
 5 *arg. l. 22. ff. comm. divid.* proinde † verba definitioni adjecta per  
 quasi possessionem, differentiam continent specificam, qua hic no-  
 ster modus servitutem acquirendi, ab alijs discernitur, uti ex se-  
 quentibus latius patebit.

IV, De-



## IV.

Definitionem excipiunt divisiones; † quarum quædam à modo præscribendi, quædam ab objecto & diversa ejus qualitate, aliæ verò ab effectu, nec non aliunde aliæ desumi possunt.

A modo † præscribendi, præscriptio servitutis alia est ordinaria & communis, in qua omnia, quæ ad præscriptionem rerum corporalium jura requirunt, exacte veniunt observanda. Et toties locum habet, quoties quis à non domino, qui tamen dominus putabatur, servitutum ex titulo, ut in longi temporis præscriptione, vel quandoque sine titulo habet, ut in præscriptione longissimi temporis, ut & immemoriali. Alia † extraordinaria, & servitutum propria dicitur: quando nimirum sciente & patiente domino servitute quis utitur, nec vi nec clam nec precario. Illius † sedes est in *l. ult. in f. C. de long temp. præscr.* quam recte ita explicant Donell. *lib. 11. commo. 8. 12.* Castill. *d. usufr. c. 68.* Schifordeck ad Anton. Fabr. *lib. 1. tr. 5. §. 6.* Versteg. *de servit. prædiar. Disp. 3. th 14.* Vinn. *lib. 1. select. quæst. 31.* De hac † vero plures occurrunt non solum in Pandectis, verum etiam in Codice textus *l. si quis diuturno 10. ff. si serv. vind. l. 1. §. fin. ff. de aq. & aq. pl. arc. l. 2. C. de servit. l. 3. §. 4. ff. de aq. quot:* Unde † ad hanc servitutum propriam præscriptionem respexisse videtur Iustus Ulp. *in l. 1. §. fin. ff. de aq. pl. arc.* dum ait: *in servitutibus hoc nos sequi*, quasi diceret, hoc esse servitutum proprium, & in eo esse aliquid diversum ab usucapione & præscriptione rerum corporalium, quemadmodum ita hæc verba explicant Arnold. Vinn. *lib. 1. select. q. c. 31.* Schifordeck. ad Ant. Fabr. *lib. 1. tr. 5. quæst.* Illic præscriptio adversus non dominum inchoatur: Hic vero contra ipsum dominum directè & immediatè. In † omni quidem præscriptione servitutis, sive in ea causam quis habeat à Domino sive ab alio possessore, præjudicatur Domino. Bach. ad Tr. *vol. 2. disp. 17. §. 9. lit. B. in fin.* sed hæc † præscriptio adversus ipsum dominum inchoatur, idque contra ordinariam præscriptionis naturam, quæ toties contingit, quoties quis à non Domino, quem tamen dominum credit,



dit, causam habet *pr. Inst. de usu cap.* ut dehinc non sine ratione à nonnullis Dd. extraordinaria & irregularis dicatur.

- V.
1. Deinceps † alia est præscriptio servitutis cum titulo.
  2. alia sine titulo. Titulum † requirit illa longi temporis præscriptio, quæ adversus non dominum, qui tamen dominus putabatur, inchoatur. *l. ult. in fin. C. de long. temp. præscript.* Illa † vero
  3. quæ adversus dominum scientem & patientem: ut & † lon-
  4. gissimi temporis, ac multo magis immemorialis † præscriptio, ti-
  5. tulum desiderat nullum. Poterat sane † videri hæc divisio, cum prio-
  6. ri si non verbis, re ipsa tamen convenire. Verum † enimvero, hoc inter utramq. interest, quod in ea quæ contra dominum scientem & patientem procedit, &, ut supra dictum, extraordinaria & servitutum propria vocatur, titulus nunquam sit necessarius. In
  7. ordinaria † vero præscriptione, & longi temporis quidem, titulum aliquem jura nostra adeò exigunt, ut nisi is intervenerit, nulla sit præscriptio: Ast in longissimi temporis præscriptione, aut immemoriali nequaquam, uti ex seqq. patebit. vid. interim Casp. Manz. *d. Servitut. Real. quest. 11.* Schifordeck. ad Anton. Fabr. *lib. 1. tr. 6. per tot.* Donell. *lib. 11. comm. cap. 12.* Vinn. *lib. 1. select. quest. 31.* Versteeg. *d. tr. disp. 3. th. 14.*

## VI.

1. Quemadmodum autem ipsa servitus à subjecto dividitur in
2. personalem & prædialem *l. 32. ff. de usufr. l. 1. ff. de servit.* Ita † etiam inde resultat III. divisio, qua præscriptio alia est servitutum realium, alia autem personalium. Aliter enim juxta aliquorum opinionem præscribuntur servitutes personales, aliter reales. Brunnem. *ad l. 2. C. de servit. Coraf. ad l. 14. ff. de serv. Ca-*
3. *still tract. de usufr. c. 68. n. 7.* Sed vid. infra Thef. Deinceps † juxta communem & in praxi receptam opinionem, quam etiam Augustum Imp. quod Spiræ est observat judicium, alia etiam est præscriptio servitutum continuarum, alia discontinuarum DD. supr. laudati. Mynsing. *cent. 4. Obs. 52.* Gail. *2 O. 66.* Brun-
4. *nem. ad l. ult. C. de long. temp. præscr.* Nec non † ad exemplum servi-



servitutum, quæ vel sunt affirmativæ vel negativæ, etiam dividi potest præscriptio earundem. quia non sic præscribuntur affirmativæ, quomodo negativæ servitutes. Brunnem. ad l. 1. C. de serv. & aqua Carpzov. lib. 1. Resp. 36. num. 8. & in decis. part. 3. decis. 88. num. 5. Præterea † ab effectu peti potest divisio nostræ præscriptionis, quod scilicet per eam vel ipsa servitus, usucapiatur, quod fit in casu l. ult. in fin. C. de long. temp. præscr. ubi nimirum ordinaria & communis præscriptio locum habet, vel utiles tantum actiones conceduntur. l. 10. ff. si. serv. vind. Johann. Coras. ad l. 14. ff. de servit. n. 37. Welsenb. ad l. 1. l. 2. C. de servit.

Dividitur † denique præscriptio servitutis in longi vel longissimi temporis: & denique immemoriam præscriptionem. Primo de longi temporis præscriptione servitutum, quam sequens caput explicat.

## CAPUT. II.

*De longi temporis præscriptione servitutum.*

## VII.

Est ergo longi temporis præscriptio servitutum nihil aliud, quam modus singularis, quo servitutes personales, & ex realibus continuæ, aut discontinuæ cum titulo, per quasi possessionem legitimam decem annis inter præsentem & 20. inter absentes acquiruntur. Dividitur † etiam hæc præscriptio in eam quæ habet titulum & quæ titulum non habet, vel quod fere idem est, longi temporis præscriptio vel talis est, quæ exigit scientiam & patientiam domini l. 2. C. de servit. l. 10. ff. si. serv. vind. vel currit contra dominum licet ignorantem l. ult. in fin. C. de long. temp. præscr.



## VIII.

1. Quemadmodum verò usucapiones & longi temporis præ-  
 2. scriptiones non inventum quidem sunt Romanorum, sed horum  
 LL. receptæ, † approbatæ, & suis quibusdam peculiaribus con-  
 3. ditionibus & requisitis informatæ fuerunt *pr. l. de Usucap.* Geb-  
 hard. *de Usucap. cap. 1. §. 5. num. 13.* Hugo de Roy *de eo quod*  
 4. *justum est lib. 3. c. 2.* Ita quod ad Exemplum rerum immobili-  
 um, etiam res incorporales † longo tempore quæri possunt est  
 ex lege Civili *l. si quis diuturno 10. ff. si serv. vind. l. 1. §. ult. ff.*  
*de aq. pl. arc. l. 2. ff. eod. l. 3. §. 4. ff. de aq. quotid. l. ult. in fin. C.*  
 5. *de long. temp. præscr. l. 1. l. 2. C. de serv. §. ibi DD.* Et in specie  
 quidem quod res incorporales † & inter has servitutes directo  
 non secus ac aliæ res incorporales concurrentibus omnibus usuca-  
 pionis requisitis & præprimis titulo, usucapi hodie possunt,  
 Imp. Justinianus sua Const. effecit *vid. l. ult. in f. C. de long.*  
*temp. præscr.* Quod vero is † qui nullo præcedente titulo, scien-  
 te solùm ac patiente Domino, longo tempore usus est servitute,  
 non vi nec clam nec precario, in quæ sita semel quasi possessione  
 ejusdem conservandus sit, proque ea utilem non tantum habeat a-  
 ctionem sed & exceptionem aliosque insigniores effectus, illud to-  
 tum est ex Edicto Prætoris *d. l. 10. ff. si serv. vind. l. 16. ff. eod.*  
*l. 3. §. 4. ff. aq. quot. l. 1. §. ult. l. 2. ff. de aq. pl. arc.* Casp. Schi-  
 fordecker ad Anton. Fabr. *lib. 1. tr. 5. q. 3.* Quod Prætoris E-  
 dictum nec Justiniani temporibus † sublatum aut mutatum re-  
 peritur.

## IX.

1. Quod ut melius intelligatur, sciendum est † servitutes LL. 12.  
 tabb. & antiquis adeo Temporibus per usucapionem acquiri non  
 potuisse. Zœl. *ad lib. 8. ff. num. 13.* Struv. *ad tit. ff. comm. præd.*  
 2. Sed Jctorum interpretatione † etiam introductam usucapionem,  
 quod quasi possessio earum fit, adeoque ad exemplum rerum cor-  
 poralium biennio usucapi coeperunt. Quo facit *l. 4. §. fin. ff.*  
*de Usurp. §. usucap.* Struv. *Syntagm. Jur. un. ad tit. ff. comm.*  
*præd. §. 39.* Zœl. *in comment. ad lib. 8. ff. num. 13.* Jacob. Ravard.  
*lib. sing. ad L. Scrib. num. 5.*

Postea



Postea circa tempora Tiberii lata Lex Scribonia, † aucto- 3  
 re L. Scribonio, qui omnem servitutis usucapionem, qua aliquis sibi  
 servitutem constitueret, ac tum primum constituere vellet, inhibuit  
 d. l. 4. §. ult. Idq; non solum favore libertatis † naturalis omnium 4  
 rerum, quam conservari publicè interest, perinde ac ipsam homi-  
 num libertatem, nisi quatenus jure constituta servitus reperiretur.  
 Anton. Fab. lib. 19. cap. 9. Sed & ob illam præprimis rationem,  
 † quod quarum rerum non erat traditio vera aut possessio, illa- 5  
 rum quoque rerum nec usucapio procederet l. 25. ff. de usucap. l.  
 14. ff. de servit. jam verò servitutum † ceu incorporalium rerum 6  
 non esse veram possessionem, constat ex l. 32. §. 1. ff. de S. P. U. l. 4.  
 §. 27. ff. de usucap. l. 43 §. 1. ff. de A. R. D. Cujac. d. l. 4. §. fin. Hil-  
 lig. ad Donell. lib. 11. cap. 11. lit. A. in not. quia tamen † servitu- 7  
 tum quamvis non vera, quasi tamen possessio est l. 10. §. ii. ff. si ser-  
 vit. vind. l. 20. ff. de ser. urb. P. l. 23. §. 2. ff. ex quib. caus. major. 8  
 Et licet veram traditionem † non recipiant, patientia tamen trans-  
 ferentis pro traditione habetur, ac traditionis vicem obtinet l. ult.  
 ff. de servit. l. i. §. ult. ff. de S. P. U. l. 3. in pr. ff. de usufruct. Pro-  
 inde L. hujus Scriboniæ rigorem non multo post corrigere & e-  
 mendare Prætorum † benignitas cœpit, & quam sustulit Scribo- 9  
 nius servitutum biennem usucapionem, eam nova quadam lon-  
 gæ possessionis prærogativa Prætoris autoritas defendit l. 10. ff.  
 si serv. vind. l. 16. ff. eod. l. 1. §. fin. ff. de aq. & aq. pl. arc. Edi-  
 cto itaque suo Prætor † in locum usucapionis civilis L. Scribonia 10  
 sublata, novam aliam longæ quasi possessionis usucapionem ser-  
 vitutum surrogavit. Longo namque tempore, qui utebantur  
 servitute, nec vi nec clam nec precario sciente tamen adversario  
 l. 1. l. 2. C. de servit. his Prætor utilem concedebat actionem d. l. 10.  
 & nonnunquam exceptionem 16. ff. eod. quæ Prætorum jura etiam  
 constitutionibus Imp. † confirmata legimus in l. 1. & 2. Cod. de 11  
 servit. Casp. Schifordeker ad Anton. Fabrum lib. 1. tr. 5. q. 4. La-  
 tius deinceps progressus Imp. Justin. † & transformata usuca- 12  
 pione, eaque cum longi temporis præscriptione confusa, constituit,  
 ut non minus res incorporales, & inter has servitutes quælibet,  
 quam corporales, possint ipso jure Civili citra Prætoris tuitionem  
 usu-



- usucapi *l. ult. in fin. C. de long. temp. præscr. l. un. C. de usuc. transf.*
- 13 Struv. *d. tit. comm. præd. th. 39. in fin.* Sed hoc non aliter ꝑ quam si omnia ea, quæ ad usucapionem Lex requirit, ac inter illa justus titulus præcesserint *d. l. ult.* Quod itaque post L. Scriboniam non
- 14 licuit ꝑ & quotisque benignitas Prætoris sese extendere nec potuit nec voluit, adeoque servitutem ipsam usucapere, illud transformata usucapione, nova hac constitutione concessit
- 15 Imp. Justinianus. Ea nihilominus ꝑ longi temporis præscriptione, quæ contra dominum scientem inchoabatur, in suo robore
- 16 manente, quicquid enim expressè mutatum non est, ꝑ illud veteris juris regulis relictum esse, omnes intelligere debent *l. 32. in f. C. de appellat. l. 27. C. de testament.* At nova hac Imp. Just. constitutione, quæ extat in *d. l. ult. C. de longi temp. præscr.* longi temporis præscriptio quæ directè & immediatè contra dominum scientem inchoabatur, non fuit mutata. Quod vel exinde ꝑ satis colligitur, quoniam, ut secundùm dictam const., usucapio servitutum procedat, scientia ejus contra quem præscribitur, non requiritur *d. l. ult. in fin. ibi. nulla scientia vel ignorantia Cod. de long. temp. præscr.*
- 18 Ad quamcunque autem ꝑ præscriptionem scientia non requiritur, per illam præscriptionem non potest dici mutata illa præscriptionis species, quæ aliter fieri non potest, nisi sciente ac patiente Domino.

## X.

- Quod verò in specie ad hanc præscriptionem longum tempus ꝑ requiratur, illud malè Imp. Just. const. adscribunt nonnulli. Constat quippe longi temporis præscriptionem, eam videlicet, quæ ab usucapione non uno modo, sed variè differebat, (ut ostendit Anton. Faber. *lib. 19. conject. cap. 10.* Johannes Coras *ad l. servitutes 14 ff. de servit.* Arnold. Vinn. *ad pr. f. de usucap.*) Veteribus ꝑ etiam Jctis non incognitam adeo fuisse, ut ab hac initium sumpserit uti *ex l. 10. ff. si serv. vind.* patet, unde diuturnus usus & longa quasi possessio desideratur *in d. l.* Et Imp. Antoninus ꝑ *in l. 1. C. de servit.* expressè rescribit. *Longi temporis consuetudinem, vicem servitutis obtinere.* Wesenbec. *in l. 1. C. de servit. num. 56. & seq.* Gebhard. *de usucap. cap. 3. num. 2.* Longum autem tem-



tempus † in jure nostro decennium regulariter denotat *l. 16. §. 3.* 4  
*ff. qui & à quib. man. lib.* Hinc in longiorem diem cavere, est  
 in annos decem † *l. pen. ff. de Prat. stip. Paul. lib. 5. sent. 9. Gail.* 5  
*lib. 2. Obs. 11. n. 2. Cujac. de præscr. cap. 26.*

## X I.

Causa impulsiva † longi temporis præscriptionis, qua 1  
 Prætor quasi possessionem tuebatur, nec non illius quam post trans-  
 formatam usucapionem & confusam cum longi temporis præscri-  
 ptione, usucapionem, in incorporalibus, adeoque etiam in servi-  
 tutibus locum habere voluit Imp. Just. in *l. ult. in f. Cod. de long-*  
*temp. præscr.* non est una eademque. Ad illam † quod attinet, 2  
 licet Lex Scribonia usucapionem servitutum inhibuerit, æquum  
 Prætori tamen visum fuit defendere illum, qui in quasi possessio-  
 ne servitutis sciente & patiente adversario fuit longo tempore, nec  
 vi, nec clam, nec precario, Coras. *ad l. 14. ff. de serv. num. 24. eo,*  
 † quod pro ejusmodi quasi possessore alias militare videatur juris 3  
 præsumptio, & commodum possessionis in eo consistere dicatur,  
 ut, quam quisque nactus est possessionem, non vitiosam, in ea etiam  
 defendatur, donec alter fortiora jura ostenderit §. 4. *vers. commo-*  
*dum. Instit. de Interd. junct. l. 4. C. de edend.* Hujus verò † ab 4  
 Imp. transformata & cum longi temporis præscriptione confusæ,  
 posteaque ad servitutes extensæ præscriptionis sive usucapionis,  
 partim fuit generalis, ne, sicuti in præscriptione rerum corporalium  
 dominia rerum: ita in præscriptione incorporalium, jura sint in in-  
 certo *arg. l. 1. ff. de usucap. Anton. Faber. lib. 12. conject. cap. 10.*  
 Utque † negligentia dominorum vel eorum, qui quoad juris effe- 5  
 ctus pro talibus habentur, puniatur *arg. l. 28. ff. de V. S.* Specia-  
 lem † verò hujus extensionis rationem putamus in eo consistere, 6  
 quod sicuti rerum immobilium vera est possessio & traditio, *pr.*  
*J. de usucap.* sicque adèd facilius usucapio, quæ olim erat rerum  
 mobilium, ad longi temporis præscriptionem, quæ in immobili-  
 bus locum sibi vindicabat, poterat extendi, ita etiam rerum in-  
 corporalium sit quasi possessio *l. 10. pr. ff. si serv. vind. l. 20 ff. de*  
*S. P. V. l. 23. §. 2. ff. ex quib. c. maj.* Ususque † ejus qui servitute 7  
 utitur, nec non patientia adversarij, vicem traditionis obtineat *l.*  
*ult.*



*ult. ff. de servit. l. 3. pr. ff. de usufr. l. 1. §. ult. ff. de S. P. V. æquum propterea sit, ut ea, quæ de præscriptione rerum corporalium jure sunt constituta, ad præscriptionem quoque rerum incorporalium, & inter has servitutum extendantur.*

## XII.

- 1 Accedendum nunc propius ad *Causam Efficientem* proximam longi temporis præscriptionis, quæ in servitutibus sibi vindicat locum.
- 2 Sanè hic † eadem observanda esse, quæ in præscriptione rerum corporalium, non pauci putant. *arg. l. ult. in f. Cod. de long. temp. præscr.*
- 3 Quibus tamen † alii non sine ratione contradicunt, maximam hac in parte inter præscriptionem rerum corporalium, & incorporalium differentiam agnoscentes, quorum partes tuetur Caspar. Manz. *de Servit. Real. q. 11. num. 132. 134. 148.* Donell. *lib. 1. comm. cap. 12.* Vinn. *lib. 1. select. quest. 31.* Caspar. Schifordeck, *ad Anton. Fab. lib. 1. rr. 5. & 6.* De qua † ut melius confet, exhibenda nobis primo omnium veniunt longi temporis præscriptionis qua res corporales acquiruntur, requisita, ex quorum collatione veritas patula erit. Et in eo quidem convenire utramque inter se, nullatenus ambigendum, quod ad præscriptionem servitutum Possessio æquè sit necessaria, atque in præscriptione rerum corporalium eandem jura exigunt *l. 25. ff. de usucap. nisi quod servitutes eodem modo, quo res corporales possideri nequeant l. 32. §. 1. ff. de S. V. P. l. 4. §. 27. ff. de usucap. & consequenter illarum non sit vera, sed quasi possessio. l. ait Prator. 23. §. item ei 2. ff. ex quib. caus. major. l. 3. §. pen. ff. de vi & vi arm.* Est itaque in harum præscriptione quasi Possessio necessaria *l. si quis diuturno 10. ibi: longa quasi possessione ff. si serv. vind. Caspar. Manz. de Servit. Real. q. 10. num. 107. Cæpoll. de Servit. cap. 20. num. 2. Johann Coras. ad l. 14. ff. de Servit. num. 37. Modest. Pistor. vol. 1. consil. 7. n. 2. Besold, vol. 1. cons. 18. n. 24.*

## XIII.

- 1 In quasi possessione autem servitutis is dicitur, qui re ad alterum pertinente, ad sui vel prædii sui utilitatem utitur, patiente adversario *l. ult. ff. de servit. l. 1. §. ult. ff. de S. R. P.* Unde ad hanc duo



duo † principaliter requiruntur 1. *Usus*. 2. *Patientia*. Quæ duo 2  
relata sunt, & unum propterea alterum involvit. Hahn. *ad Wesenb.*  
*tit. ff. de servit. n. 5.* habentque sese ad præscriptionem rerum in-  
corporalium, quemadmodum vera traditio & possessionis transla-  
tio, ad rerum corporalium præscriptionem. † Dum enim servitu- 3  
te quis utitur, ad sui vel prædii sui utilitatem, eo ipso apprehen-  
disse possessionem censetur. Brunnem. *ad l. 2. C. de serv.* Et dum  
alter in eo quoque patientiam suam præstat, tacita quadam volun-  
tate, tradidisse eam putandus est, Johann. Coras. *ad l. 14. ff. de*  
*servit. num. 28. in fin.* Modestin. *Pistor. consil. 7. num. 2.* Quan-  
do autem † Universitas vult acquirere quasi possessionem, non 4  
sufficit, quod quidam de Universitate sint usi, quia aliud sunt  
singuli, aliud est ipsa Universitas *arg. l. 7. §. 1. ff. quod cuiusque*  
*Univers.* adeoque per factum singulorum Universitati nullum  
acquiritur Jus, cum singulorum quasi possessio & usus, non in-  
ducat quasi possessionem quoad ipsam Universitatem Klock. *Re-*  
*lat. vot. 65. num. 239.* Patientia † autem in præscriptione ne- 5  
cessaria adedè est. *l. 11. §. 1. ff. de Publ. in rem act. junct. l. ult. ff.*  
*de servit.* ut etiam initium dicatur præscriptionis *l. 15. §. 1. ff. de*  
*servit.* Treutl. *consil. 83. num. 46.* Stephan. Gratian. *decis. 191. n. 9.*  
Eamque dicitur præstare, † contra quem præscribitur, quan- 6  
do contra factum usurpatæ servitutis nihil facit, & ita usucapio-  
nem tolerat *arg. l. 28. d. V. S. Wesenb. ad l. 1. & 2. Cod. de serv.*  
Quamprimum ergò quis desinit pati, impeditur statim quasi pos-  
sessio servitutis ac interrumpitur. Klock. *vot. Cam. 65.* etiam per so-  
lam impatientiam ac resistantiam verbalem. Sicut † enim per pa- 7  
tientiam cum usu conjunctam quis constituitur in quasi possessione,  
ita etiam per impatientiam, contradictionem, ac protestationem,  
quasi possessio interrumpitur Cravett. *Consil. 973. num. 23. & seq.*  
*vol. 5. Barbos. ad l. 2. C. de servit.*

## XIV.

Num verò patientia ejus, contra quem præscribitur, cum 1  
scientia conjuncta esse debeat, tam variæ sunt Dd. opiniones, ut  
quam ex his eligas, fere vix constet? Sunt enim, qui scientiam &  
patientiam domini simpliciter requirunt, adeoque hac in parte  
C diffe-



- differentiam inter præscriptionem rerum corporalium & incorporalium agnoscunt, quod videlicet illic præscriptio currat contra dominum etiam ignorantem, hic verò ejus patientia & scientia sit necessaria. Et hanc † sententiam defendunt post alios Brunnem. ad l. 1. & 2. C. de servit. Barbof. Salyc. Sichard. Giph. *ibid.* Hinc ipse Carpzovius ad præscriptionem servitutis necessario requiri putat scientiam & patientiam adversarii, puta domini fundi servientis: † *Dasß einer mit Vorwissen und Gedult des Grundherrens so viel Jahr lang sich der Servitut gebraucht* *re. lib. 1. tit. 4. Resp. 36. num. 4.* Confer. Merlin. *decis. 694. num. 28.* Caspar. Manz. *d. Servitut. Real. quest. 11. num. 140. & seqq.* Harppr. §. ult. *J. d. servit. n. 15.* Sunt † alii qui patientiam quidem requirunt, scientiam verò nequaquam. Anton. Perez. *in C. tit. de servit. num. 27.* Unde verba l. 2. C. de serv. *eo sciente &c.* ita explicant, non quod scientia necessaria esset, aut præcisè requireretur, sed quia consultus fuisset Imp. super tali casu, quo aqua per fundum Martialis eo sciente est ducta. Hahn. ad Wesenb. *tit. de serv. num. 5.* Wesenb. ad l. 2. C. de serv. *num. 3.* Nonnulli † distinguendum putant inter jus vetus & novum. Jure veteri scientiam necessariam fuisse existimantes, idque ex hac † ratione, quoniam veteri jure utilitas servitutum longo tempore sine titulo tamen quæri poterat. Ast postquam hodie, inquit, titulus est necessarius, nec scientiam requiri.

## XV.

Verum enimverò, nos in hac quæstione distinguendum putamus, inter præscriptionem servitutum ordinariam, quando videlicet quis causam habet à non Domino, quem tamen Dominum credit, & inter servitutum præscriptionem extraordinariam, quæ contra dominum directè & immediatè inchoatur. In illa † præscriptione scientiam Domini necessariam non esse, lubentissimè concedimus. Idque non solum per l. ult. C. de long. temp. *prescript.* ubi procedere usucapio dicitur non expectata Domini vel scientia vel ignorantia, sed & per usucapionis ordinariam naturam, quam currere constat contra Dominum etiam ignorantem. Mart. Dig. *Noviss. lib. 3. tit. Prescriptio. cap. 31. Richter. p. 1. decis. 21. num. 38.*



*num. 38.* Ast † longè alia est ratio illius præscriptionis, quæ contra Dominum inchoatur, quæ sanè perfici aliter non potest quam sciente eo & patiente. 2

Pro hac † sententia autem facit, primò, quod ad quasi possessionem servitutis constituendam, juxta textus expressos & communem Dd. sententiam, requiratur, ut usus quis sit servitute nec vi, nec clam, nec precariò *l. si quis diuturno 10. ff. si serv. vind. l. 3. §. 4. ff. de aq. quot. & est. l. 1. §. ult. junct. l. 2. ff. de aq. pl. arc.* Sed verò clam possidere, dicitur etiam ille, qui ignorante Domino servitute usus est. 3

II. † Hanc sententiam confirmat textus *in l. 2. C. de servit. ubi Imp. Antoninus* ita rescribit: *Si aquam per possessionem Martialis eo sciente duxisti, servitutem exemplo rerum immobilium tempore quaesisti.* Ecce, † elegans textus, ubi scientia ejus contra quem fit præscriptio requiritur! Ne verò quis putet ductam fuisse aquam ibi per fundum Martialis eo sciente, non quia scientia illius esset necessaria, sed quia de facto ita contigit. Dd. supra laudati, & alii, quos adducit Barbof. *ad l. 2. C. d. r.* Respondet pro nobis idem Barbof. quod † videlicet hæc Responsio non possit adaptari verbis illius textus. Unde etiam horum verborum non aliud est sensus, quam ut demonstrarent servitutem per possessionem Martialis ductam non aliter tempore quaeri potuisse, quam si eo sciente ducta esset. 4 5 6

Et hæc † sententia, quod in præscriptione servitutum scientia & patientia Domini sit necessaria, communiter est recepta, uti videre est ap. Barbof. *d. l. Add. Cravett. vol. 5. conf. 973. n. 293. Brunn. Carpz dd. ll.* 7

## XVI.

An verò † novo jure, postquam nimirum servitutes ad exemplum aliarum rerum immobilium usucapi cœperunt, id mutatum sit, (quo inclinatur Coras. *ad l. 14. ff. de serv.*) quaestio est ab hoc loco non aliena? 1

Id † sanè dicendum videbatur, propter textum generalem *d. l. ult. C. de long. temp. præscr.* ubi postquam Imp. de requisitis usucapionis (eu longi temporis præscriptionis rerum corporalium, 2



- eamque, non expectata scientia vel ignorantia Domini procedere  
 3 dixisset, concludit tandem in verbis finalibus. *Eadem t̄ observan-*  
*da esse, si res non soli sint, sed incorporales, quæ in jure consistunt, ve-*  
*luti usufructus & cætera servitutes &c.* Quemadmodum autem  
 in præscriptione rerum corporalium certum est, nullam scientiam  
 Domini esse expectandam; ita sanè de incorporalium præscriptio-  
 ne, idem omninò judicium faciendum esse, menti & intentioni  
 4 Imp. congruum videri poterat. Sed hoc t̄ non obstante corre-  
 ctio Juris veteris nobis quidem statuenda est nulla. Certum e-  
 nim est, quod ea quæ expressè non sunt mutata Juris veteris di-  
 spositioni relicta censeantur *l. 32. §. 1. in f. Cod. de appellat. l. 27.*  
 5 *C. de Testam.* Ast t̄ Jus vetus quod in præscriptione servitutum  
 scientiam requirit & patientiam Domini, nullibi reperitur muta-  
 tum. Non per *d. l. ult.* quia hac lege hoc solùm constituit Imp.  
 Justin. Servitutes, quæ olim post L. Scriboniam usucapi non po-  
 terant, sed longo tempore acquiri, nunc sublata L. Scribonia &  
 simul usucapionis ac longi temporis præscriptionis differentia,  
 sicque adeò transformata noviter à se usucapione, ad exemplum  
 rerum corporalium, usucapi posse. Scilicet eo modo, quo etiam  
 possunt res corporales, ut nimirum is, qui à non Domino, quem  
 tamen Dominum credidit, servitutum sit nactus bona fide, acce-  
 dente justo titulo, eam non minus usucapere possit, quam per u-  
 6 sucapionem olim res mobiles, nunc t̄ verò etiam res immobiles  
 acquiri possunt, accedentibus videlicet omnibus legitimæ usuca-  
 pionis requisitis. Loquitur ergò Imp. in *d. l. ult.* expressè de illa u-  
 sucapione, qua quis causam habet à non Domino, quem tamen  
 Dominum credidit, disponitque simul, nullam hic scientiam aut  
 Domini ignorantiam expectandam esse.  
 7 De qua t̄ itaque usucapione sive præscriptione non loquitur  
 Imper. ad illam præscriptionem non pertinent verba, quæ ibi ha-  
 bentur, *nulla scientia vel ignorantia ipsius Domini expectanda.*  
 Atqui de præscriptione servitutum, quæ contra Dominum in-  
 8 choatur directè & immediatè non loquitur. *d. l. ult.* E. Quod t̄  
 ut clarius fiat, sciendum, Imp. Just. introducta nova hac sua Con-  
 stit. usucapione servitutum, longi temporis præscriptioni quæ con-  
 tra



tra Dominum inchoabatur, nihil derogare voluisse, eamque in suo statu reliquisse. Ast † quia aliter hæc olim fieri non poterat, 9 quam sciente & patiente Domino, contra quem fuit inchoata, unde nec novo Jure eandem scientiam esse necessariam persuasum habemus.

Unde † nulla inter Jus vetus & novum adhibita distinctio 10 ne, scientiam Domini seu possessoris fundi servientis simpliciter requirit Brunnem. *ad d. l. 2. Cod. de servit.* Carpzov. *d. l. Resp. 36. num. 4.* Klock. *in relat. Camer. relat. 65. num. 238. & seqq.* Dum 11 † verò Domini scientiam exigimus, facilè inde constare arbitramur nec coloni aut inquilini hic scientiam sufficere *l. ult. Cod. de acq. poss. Coraf. d. l. 14. num. 7.*

## XVII.

Sed quia † difficilè est probare utrum Dominus con- 1 tra quem præscriptio inchoatur, sciverit vel ignoraverit, hoc enim in animo ipsius consistit, quæ autem ita sunt comparata, difficulter probari possunt. vid. Aug. Barbof. *Thes. loc. comm. lib. 1. cap. 62. ax. 9.* Proinde † conjecturis & præsumptionibus hic lo- 2 cus datur, per ea quæ habet Menoch. *de arbitr. Jud. quest. cas. 361. cui* adde Klock. *vol. Camer. 65. num. 84.* Præsumitur autem eo † ipso scivisse, quo vicinum nec vi nec clam nec precario re 3 sua utentem, non prohibuit. Bachov. *ad Tr. vol. 1. disput. 17. 6. 9.* Vix † enim est ut quis uti potuerit servitute nec vi nec clam nec 4 precario, quin ea usus fuerit non solum sciente, sed etiam patiente Domino. Caspar. Schifordeck. *ad Anton. Faber. lib. 1. rr. 6. q. 4.* Item si actus est talis, qui quotidie Domini vel possessoris oculis expositus est, ita ut quid fiat non nisi hominem extremè negligenter latere possit. Klock. *vol. Camer. 65. n. 78. & 154.*

Sufficere † etiã videtur nonnullis nudi facti scientia, quod v. c. 5 quis per alicujus fundum eat, agat, vel furnum in ipsius area immis- sum, qui ibi requiescat, habeat, licet quo animo, qua intentione ha- beat, ignoret. Quod † enim nonnulli scientiam etiam qualitatis facti 6 requirunt, quod videlicet sciverit, alterum intentione servitutum acquirendi ire, agere, illud omnibus verum non videtur. Unde nec hoc necessarium in utente existimamus, ut unus dicat. Ego in- tendo



tendo uti jure meo, & alter id fuerit passus. vid. Klock. *d. Relat.*  
65. num. 238.

## XVIII.

- 1 Initium verò quasi possessionis quod concernit, notanda præprimis venit hic differentia, inter servitutes affirmativas & negativas. Illæ, vel ita comparatæ sunt, ut sine ratione juris debiti ferè exerceri nequeant. v. c. tignum immittere in vicini parietem, vel aquam ducere ex alterius fundo, fructus colligere ex alterius prædio, & id genus alia: vel † ita sunt comparatæ, ut earum quasi usus sit concessus per modum naturalis facultatis. v. c. semel iterumque ire per alterius fundum, vel haurire aquam ex alterius puteo.
- 2 In prioris † generis servitutibus, unicus actus ad acquirendam quasi possessionem sufficere videtur, ut videlicet quis semel una die vel vice tignum immiserit, sciente & patiente domino.
- 3 *arg. l. 1. § 4. ff. de aqua quot. & est.* Eo † enim ipso, dum tignum immitto, animum præscribendi præmonstro, sicque adeò, per solum illum actum quasi possessio inducitur. Aliud dicendum de his, quæ, uti dictum, per modum naturalis facultatis exercentur, & jure familiaritatis plerumque fiunt; In quibus unicus actus eundi vel hauriendi non sufficit, sed 30 diebus continuatus, & non † satis est quem semel iterumque ivisse, sed necesse est 30 diebus continuis actum eundi exercuisse, ita ut præscriptio non prius currere incipiat. *arg. l. 1. l. 2. ff. de itin. act. priv.* Prius enim non constat, an per modum facultatis naturalis, an verò animo acquirendi servitutum, uti & quasi possidere cœperit, qui animus per continuationem demonstratur. Caspar. Manz. *de Servit. Real. quest. 10. num. 107. & seqq.* Cœpoll. *de Servit. Rust. præd. c. 20.*

## XIX.

- 1 In his verò † negativis servitutibus, tunc demum quis incipit
- 2 esse in quasi possessione servitutis, ex quo prohibitus est. Hinc † si quærere volo servitutum, ne altius tollere possis ædificium, necessum est me expectare tempus, quo ædificare velis, tunc enim si te prohibuero, & tu prohibitioni meæ acquiescens, non ultra procedas, quasi possessio servitutis formatur, & tempore, lege definito, confirmatur. Joh. Coraf. *ad l. 14. ff. de servit. num. 7.* Casp. Manz.



Manz. *de Servit. Real. quast. 9. in fin.* Brunnem. *ad l. 1. C. de servit.* ubi hoc mirabile esse dicit. Cæpoll. *tr. de servit. cap. 20. n. 7.* Surd. *consil. 127. num. 22.* Carpzov. *lib. 1. tit. 4. Resp. 36.* ubi in fine tale adducit præjudicium. † Es wäre dann/ daß hiebevör sei- 3  
nem Better/ als er auch gemeldte Fenster verbawen wollen/ Verbott  
geschehen/ darauff er sich des bawens enthalten/ und da sieder dreys-  
sig Jahr/ Jahr und Tag verlossen wären/ und ihr also etne Ge-  
rechtigkeit und Servitut erlangt hätten/ auff den Fall wäre sich auch  
mehrberührter ewer Nachbar hinfüro des bawens zuenthaltten schul-  
dig B. R. W. Ex quo † inferunt DD. si per mille annos do- 4  
minus domum suam depressam non elevasset, vel prorsus colla-  
psam, non reædificasset, quod adhuc possit extollere vel reædifi-  
care, quia nullus actus præscribere volentis intervenit. *arg. l. 8. C.*  
*de servit. l. 9. Cod. eod. Wesenb. d. l. 8.* Manz. *de servit. q. 9. num.*  
*103.* Carpzov. *d. l. in fin.* Si autem † post prohibitionem, lapsum 5  
sit decennium, tunc censetur causata & perfecta præscriptio.

## X X.

Ad usucapionem verò rerum † corporalium, sicut non quæ- 1  
vis possessio sufficit, sed quæ fit animo & contemplatione domi-  
nii. Hugo d. Roy. *de eo quod justum est lib. 3. tit. 1. n. 3.* Brun-  
nem. *ad l. 10. C. de A. R. P.* Ita vicissim, ut per usum rei alienæ  
quis dicatur in quasi possessione servitutis constitutus, civilis pos-  
sessio requiritur. Civiliter † autem dicitur possidere, qui re al 2  
terius utitur, jure sibi constitutæ servitutis, & tanquam servitute  
*l. fin. ff. quemadm. serv. amitt.* scilicet eo animo ut possit uti jure  
suo, adversario invito. Cæpoll. *de servit. c. 20. num. 2.* Et non  
jure familiaritatis tantum vel amicitia. Cæpoll. *d. l.* Manz. *d. q.*  
*10. num. 119.* Unde in Jure Bavarico *Tit. 26. arr. 5.* hæc leguntur  
verba: † Es ist auch bey allen Verjährungen der Dienstbarkeit 3  
in acht zunehmen/ daß einer sich derselben nicht erwan auß nachbar-  
lichem Vertrawen oder Freundschaft/ sondern in Meynung/ daß er  
dessen besuzt und berechtiget/ gebrauchet habe. Aliter enim, qui  
utitur, huncque animum non habet, is servitutem civiliter quasi  
possidere non dicitur, adeoque usucapere non potest Manz. *d. l.*  
*num. 120. in fin.* Unde eleganter † Paulus Jctus. *in l. fin. ff.* 4  
quem-



quemadm. serv. amitt. Servitute inquit usus non videtur, nisi is qui suo jure uti se credidit. add. l. 4. ff. de AA. P. post Castr. Salycet. ad l. 2. C. de servit. Johann. Coral. ad l. 14. ff. de servit. num. 39. Brunnem. d. l. 2. Manz. d. l. Anton. Faber. lib. 19. conject. cap. 10. Carpzov. Jpr. For. part. 2. const. 4. def. 2. num. 5. Non itaque † servitute itineris praescribit, qui per alterius fundum ita incessit, quod crederet viam publicam esse d. l. f. vel quia via publica interrupta erat, propter incommoditatem rivi, per proximi vicini agrum iter fecit, vel qui ita per eum commeavit, non tanquam id suo jure faceret, sed si prohiberetur, non facturum. arg. l. fin. ff. de it. act. priv. Anton. Fab. lib. 19. conject. c. 10. Manz. d. l. 6 aut qui rem jure dominii ad se pertinere credit. † Antecessores Facultatis hujus inclutæ apud Besold. p. 4. cons. 166. num. 2. ibi: So ist doch solches nicht jure servitutis sondern dominii beschehen/ und haben hierdurch die Aecker gar kein Dienstbarkeit erlangt/ krafft deren anjese solcher Aecker Inhabere dieser Jahre sich anmassen könten.

## XXI.

- 1 Præterea in quasi possessione servitutis is † constitutus videtur, qui re ad alterum pertinente utitur, nec vi, nec clam, nec precario d. l. 10. ff. si serv. vind. l. 1. l. 2. C. de servit l. 1. §. ult. ff. d.
- 2 aq. plu. arcend. Tria etenim hæc † vitia ab initio statim longi temporis præscriptionem jurium adeoque servitutum impediunt. Wesenb. ad l. 2. C. de serv. in fin. Brunnem. ad l. 1. c. eod. Manz. q. 10. n. 121. Vitiosa itaque est quasi possessio servitutum 1. Violenta d. l. 1. ibi sine vi & ibi Wesenb. num. 60. & DD. comm. Vi
- 3 autem † possidere videtur, qui contra prohibitionem vel denunciationem factam, uti re aliena pergit. arg. l. 1. §. 5. ff. quod vi aut clam. l. vim facit 20. pr. ff. eod. l. 73. §. 2. de R. J. Anton. Faber. lib. 19. conject. c. 10. quod ex quolibet prohibitionis actu colligitur. Sive enim quis dixerit se prohibere, sive manum apposuerit sive in genere denunciaverit i.e. in suo aliquid faceret, semper vim facere videtur, qui non obstante hac prohibitione servitute uti pergit C. l. A. tit. ff. quod vi aut clam. Imò qui prohibitus destitit quidem sed postea rursus uti cœpit, sine Domini permisso aut alia



alia iusta causa adhuc vim facere videtur l. 1. §. 9. ff. quod vi aut  
*clam.* C. J. A. d. l. 0. 3. Nec non † vitiosè nactus videtur quasi 4  
 possessionem servitutis, qui possidere cœpit *clam.* d. l. Clam au-  
 tem possidere dicitur, non solùm is, qui controversiam jam habet  
 habiturumve se putat l. 73. §. 2. de R. J. sed & is qui dum putare,  
 existimare & timere debuit, uti pergit, quia, ut eleganter dicitur in  
 l. 4. ff. q. vi. a. *clam.* non opinionem alicujus & resupinam existi-  
 mationem spectari oportet, ne melioris conditionis sint stulti  
 quam politi. Clam † ergò quasi possessionem nactus videtur, 5  
 qui ignorante Domino contra quem præscriptio inchoatur dire-  
 ctò & immediatè, servitute uti cœpit l. 5. §. 3. ff. quod vi. aut *clam.*  
 Diss. Wefenb. ad l. 1. C. de serv. num. 60. Denique 3. is, qui pre-  
 cariò possidet. dd. ll. Licet † enim hæc in se vitiosa non sit, ad 6  
 præscriptionem tamen servitutis haud sufficiens videtur Dd. *comm.*  
*ad d. l. 10.* Precariò autem possidere dicitur, qui precibus impetra-  
 vit, ut liceret sibi servitute uti *arg. l. 1. §. ult. l. 3. ff. d. precar.* Schi-  
 fordeck. ad Anton. Faber. lib. 1. tr. 6. q. 4.

## XXII.

II. † Ad præscriptionem rerum corporalium quemadmodum 1  
 bona fides est necessaria *pr. J. de usuc.* Ita in præscriptione ser-  
 vitutum eandem jura exigunt d. l. ult. *ibi bonum initium Cod. de*  
*long. temp. præscr. arg. l. fin. ff. quem. serv. am. l. 2. l. 6. l. pen. C.*  
*de long. temp. præscript. junct. l. 8. ff. de Publ. in rem act. & DD.*  
 communiter. Casp. Manz. tr. de Serv. Real. quest. 10. num. 113. Ca-  
 spar. Klock. Relat. Camer. vot. 65. num. 231. Johann. Coraf. ad  
 l. 14. ff. de servit. num. 34. Harppr. ad d. l. ult. J. de servit. num.  
 16. ubi hoc omnes excepto uno Roberto admittere scribit. Be- 2  
 sold. l. 8. ff. q. 8. Sed aliter b. f. † definitur in præscriptione ser-  
 vitutum qua titulum quis habet à non Domino, quem tamen Do-  
 minum credit, aliter in præscriptione quæ contra Dominum sci-  
 entem & patientem inducitur. Illic † bona f. est iusta opinio, 3  
 qua quis credit, eum, qui sibi servitutum ex causa emptionis, do-  
 nationis, legati aut simili concessit, vel Dominum fuisse: Harppr.  
 d. §. ult. num. 15. aut certè † jus concedendi habuisse *arg. l. 27. 4*  
*ff. de contr. empt. l. 109. de V. S.* Hic verò † in b. f. dicitur esse, qui 5  
 D putat



- 6 putat rem jure servitutis ad se pertinere. Sicut econtra † mala f. possidere videtur is, qui scit sibi servitutem non competere, quare huic scientia & patientia Domini ad præscriptionem non prodest. Cœpoll. *de servit. rust. prad. c. 20. num. 2.*
- 7 Sufficit ergò justa credulitas, † videlicet ut justa ratione inductus credat aliquis rem ita se habere, puta, quod sæpius à vicinis vel majoribus audiverit. talem servitutem fundo suo competere, vel quod fuerit de hoc publica vox & fama. Hæc enim fama, justam non solùm credulitatis causam præbet, sed etiam quandoque ad probationem sufficit. Cœpoll. *d. l. num. 2. in fin.* Manz. *de serv. Real. q. 10. num. 118.* Johan. Coras. *ad l. 14. ff. de servit. num. 38.* Klock. *Relat. Cam. 65. num. 86.* Econtra m. f. probata
- 8 censetur, † si ostendatur, quod præscribenti fuerit denunciatum *arg. l. 17. C. de Evid. post Wesenb. in π. tit. de hered. pet. num. 11.* Manz. *d. tr. q. 10. num. 116*

## XXIII.

- 1 Illud † nunc in quæstionem venit, utrum In longi temporis præscriptione servitutum. b. f. præsumatur, an verò ab allegante sit
- 2 probanda? Probendam esse † putat Besold. *delibat. ad lib. 8. ff. q. 8.* Sed contra † illam præsumi censent Interpp. quam plurimi. vid. Gilken. *de præscr. m. 2. p. 2. c. 1. n. 10.*
- 4 Nos † distinguendum putamus inter præscriptionem servitutum conjunctam cum titulo, & eam quæ titulum non habet.
- 5 Illic, † juxta communem & in praxi receptam sententiam b. f. præsumitur, nec ab allegante probanda est. Licet † enim præscribenti graviter præsumptio libertatis obstare videatur *arg. l. 8. Cod. de serv. & aq.* attamen hæc præsumptio † per aliam fortiolem ignorantie præsumptionem ceu adminiculo, titulo nempe suffultam excluditur, adeoque præscribenti non parum opitulatur Manz. *de Serv. Real. q. 10. num. 115.* Duaren. *ad l. 10. ff. si serv. vind. n. 74.*
- 8 Joh. Coras. *ad l. 14. ff. de servit. num. 74.* Nihilque † interest, siue titulus subsit verus seu putativus, quoniam ex putativo etiam & præsumpto titulo causatur præscriptio. Klock *not. Cam. relat. 65. num. 87.* Coras. *d. l.* Posteriori † casu, ubi præscribenti titulus non suffragatur, tunc juxta receptissimam sententiam bona fides



fides probanda est. Idque non solum † ob supradictam genera- 10  
 lem libertatis præsumptionem, præscribenti obstantem: *d. l. 8. C.*  
*de servit.* verum etiam † propter text. in *l. si quis diuturno. 10. ff.* 11  
*ibi: ut ostendat per annos fortè tot usum se, non vi, non clam, nec*  
*precario ff. si serv. vind. l. ult. ff. d. itin. act. pr. l. 1. §. fin. ff. de aq.*  
*pl. arc.* Manz. *d. l. confer. Gilken. de præscr. part. 2. m. 2. c. 1. n.*  
*13. & seqq.* Sed verò bonam fidem præter ea, quorum supra fe-  
 cimus mentionem ex sola scientia Domini satis probatam censerì,  
 tradit Casp. Schifordeck. ad Anton. Fabr. *lib. 1. tr. 6. q. 4.* Illis  
 verò † in casibus, quibus bona fides probanda non est, utrum in 12  
 libello saltem alleganda sit, sub multis distinctionibus explicat  
 Gilken. *de præscript. d. memb. 2. p. 2. c. 1. n. 29. & mult. seqq.*

## XXIV.

Hæc quæ modo dicta sunt ad usucapionem rerum corpora-  
 lium non † sufficiunt, sed insuper III. requiritur titulus sive causa 1  
 ad dominium transferendum habilis, *pr. J. de usucap. l.*  
*24. C. de R. V.*

An vero † etiam in servitutum præscriptione titulus sit ne- 2  
 cessarius, ut hoc loco plenius excutiamus, ordinis ratio flagitare  
 videtur. Sunt † qui putent indistinctè hic titulum requiri, eo, 3  
 quod *l. ult. Cod. de long. temp. præscr.* hic nullam faciat distinc-  
 tionem. Franc. Duar. *lib. 1. disput. 34.* It. ad *l. si quis diuturno ff. si*  
*serv. vind.* & alii citati à Vinnio *lib. 1. select. quæst. 31. in fin.* Harp-  
 precht. *§. ult. Instit. d. servitut. num. 14.* Nonnulli † inter Jus 4  
 vetus & novum distinguunt. Et de Jure quidem veteri necessa-  
 rium titulum non fuisse putant, modo sciente & patiente fundi ser-  
 vientis domino, servitute quis usus sit nec vi, nec clam, nec pre-  
 cario. Et ita accipiunt *l. 10. ff. si serv. vind. l. 1. in fin. ff. de aq. pl.*  
*arc. l. 1. l. 2. C. de serv.* Quod tamen hodiè † sit mutatum per *l.* 5  
*ult. C. de long. temp. præscr.* Ita † sentire deprehendimus Anton. 6  
 Fabr. *lib. 19. conject. c. 10. in fin.* ubi ita scribit: *Justinianus ta-*  
*men † in l. ult. Cod. de long. temp. præscr. novum jus hac in re fecit* 7  
*& constituit, ut non magis in servitutibus ac in aliis rebus, quæ &*  
*corporales & immobiles sunt, longo tempore acquirendis distingui o-*  
*porteat, an adversarii scientia vel ignorantia intervenerit, dummo-*



do bonum initium fuerit præscriptionis h. e. dummodo aliquis titulus adfuerit Consentit Joh. del. Castill. in tr. de usufruct. c. 68. n. 17. in fin. ubi etiam correctionem Juris veteris admittit. Add. Coraf. in l. servitutes 14. ff. de serv. n. 40. in fin.

- 8 Sunt deinceps † qui nullum requirunt titulum, sive contra Dominum cœpta fuerit usucapio, sive contra alium, Frantz. in comm. ad π. tit. ff. comm. præd. Struv. ib. Alii inter reales & personales servitutes distinctionem faciunt, de qua infra. Denique † interesse existimant nonnulli; num adsit Domini scientia & patientia an verò non adsit, ut hic quidem necessarius sit titulus, illic verò nequaquam. Ludwell. Ex Inst. 5. 9. 7. lit. f. Mæstert. var. tract. Tit. d. servit. quest. 10.

## XXVI.

- 1 In tanta ergò opinionum varietate, nos † distinguendum putamus inter servitutum præscriptionem ordinariam & communem, & inter præscriptionem servitutum propriam. Priori † casu, quando initium proficiscitur ab ipso fundi Domino, qui sciens patitur nos per longi temporis spatium servitute uti, tunc ita nos usos esse ad præscriptionem servitutis sufficit, nec titulus requiritur. Si enim † titulum quis habet à Domino, statim illi servitus quæsitæ esset nec præscriptione opus haberet, sed expressa Domini voluntate servitutum sibi acquisivisset. Si enim † Dominus prædii servitutum mihi constituisset & tradidisset ex causa venditionis, donationis, in solutum dationis &c. Servitus statim citra præscriptionem acquireretur. Ineptire itaque videntur Arnold. Vinn. qui cum possessor causam suæ possessionis habet à Domino, titulum exigunt, Scilicet Domini scientia, tum & traditionis loco & vice boni initii esse videtur, ut meritò receptum sit, longo tempore posse servitutum acquiri licet de jure ac titulo non doceretur. Quis † enim tam stultus & supinus sit, inquit Anton Faber, ut vicinum ultro patiatum jure servitutis uti, aut quid aliud facere per fundum qui nullam debeat servitutum? Aut qua fronte poterit titulum exigere servitutis, is qui tradidit ipse, aut saltem tradidisse censetur. l. 19. conject. c. 10. Dumque per continuum  
6 legitimi temporis spatium servitute usi sumus † sciente & non prohibente



hibente Domino, fieri sanè aliter non potuit, quin eo ipso incipiat formari servitus, & decursu temporis confirmari, uti eleganter scribit Bachov. *ad Tr. vol. 1. disp. 15. §. 9.* Scientia itaque † Domini, quæ hic exigitur, vera & adæquata est ratio, cur in hac servitutum præscriptione titulus non sit necessarius. Non ea quam alii perhibent, quod servitutes sint modici præjudicii, uti post Bartol. vulgo creditum fuit. *Vasqui. Ill. quest. c. 8. num. 42.* Quid enim † intolerabilis est, quam fundum affectum habere servitute? quam inextricabiles videmus inter vicinos ea de re oriri lites? uti tradit Anton. Faber. *lib. 19. conject. c. 8.* Caspar. Schifordeck. *lib. 1. tr. 6. q. 1.* Duar. *ad l. si quis diuturno ff. si serv. vind.*

## XXVII.

Confirmatur ulterius † hæc sententia per elegantem textum *l. si quis diuturno 10. ff. si serv. vind.* Si quis, inquit ibi Ulpianus, diuturno usu & longa quasi possessionis aqua ducenda nactus sit, non est ei necesse docere de iure quo aqua ita constituta est, veluti ex legato vel alio modo, sed utilem habet actionem ut ostendat per annos forte tot usum se non vi non clam, nec precario, possedisse. Ecce enim † dum ibidem Jctus asserit, qui longo tempore fuit in quasi possessione servitutis aquæ ducendæ, non ei necesse esse docere de jure quo aqua ita constituta est, quid aliud ostendere vult, quam titulo opus non esse. Licet † enim hæc verba aliter interpretentur nonnulli, quos interest Duaren. *lib. 1. disp. cap. 34.* quem sequuntur alii. Illorum tamen † interpretatio nec verbis Jcti Ulpiani nec menti conveniens videtur, uti in conflictu sumus ostensuri. Vid. interim *Arnold. Vinn. sel. quæ. lib. 1. c. 31.* Georg. Frantzk. *in comm. ad π. tit. ff. comm. præd. Bach. ad Tr. vol. 1. d. 17. §. 9. lit. B.* Caspar. Schifordek. ad Anton. Faber. *lib. 1. tr. 6. 7.* Caspar. Mantz. *d. Servit. Real. quest. 11. num. 126.* Deinceps pro hac † sententia facit similis textus *in l. 1. §. f. ff. de aq. & aq. pl. arc.* ubi idem Jctus definit, in servitutibus hoc nos sequi, ut ubi servitus non invenitur imposita, videatur is habuisse longa consuetudine velut jure impositam servitutum, qui diu usus est nec vi, nec clam, nec præcario. Nimirum † tunc non



- non invenitur titulus quo est imposta: nam tituli sunt causæ ex quibus res quæque adquiruntur; Et tamen † Jctus ait, longa consuetudine servitutem ita acquiri. Hocque esse servitutum proprium, scilicet in eo aliquid esse diversum ab usucapione & præscriptione, rerum corporalium; nihil autem hic proprium esset servitutum si in hac acquisitione etiam titulum possessionis exigere-  
 7 mus. *Donell. lib. 11. cap. 12.*
- 8 Denique pro hac † sententia facit *textus in l. 2. C. de servit.* ubi rescribit Imp. Antoninus, jus aquæ ducendæ longo tempore acquiri, si quis per fundum sciente & patiente fundi  
 9 domino aquam tanto tempore duxerit. Qui sane † textus non potest restringi ad eum qui titulum habet, nisi manifestam vim inferre quis velit legi. Nam si titulum quis habeat à Domino statim illi servitus acquisita est, si à non domino: frustra exigeretur scientia, quia tum procedit longi temporis præscriptio, etiam vero domino ignorante *l. ult. in fin. C. de long. temp. præscr.*
- 10 Deinceps, † quibuscunque in locis de servitutibus longo tempore acquirendis agitur, nihil amplius requiritur, quam ut quis diu usus fuerit servitute jure suo non vi, non clam, nec precario adeoque sciente & patiente vicino *l. 1. in f. ff. de aq. pl. arc. l. 10. ff. si serv. vind. l. 1. l. 2. C. de servit.* At enim hæc sufficere nequirent,  
 11 si titulus requireretur. Licet enim † is qui docet se non vi possedisse eo ipso se jure possedisse ostendat, rursus qui ostendit se non precario possedisse videat justum titulum suæ possessionis allegare.
- 12 Quomodo enim † probare quis potest se non precario possedisse nisi doceat ex legato vel ex donato vel alio quovis titulo justo se possessionem justam acquisivisse. Quo argumento etiam utitur Rævard. *ad L. Scrib.* Sciendum tamen quod possit quis his modis omnibus possidere & tamen sine titulo possidere *arg. l. 1. §. fin. ff. de aq. pl. arcend.*
- 13 Hæcque sententia quod sc. † in ea servitutis præscriptione quæ fit sciente & patiente domino, titulus non sit necessarius, communiter à DD. est recepta, quàm post Balbum, Covarruv. Anton. de Padill. Longovall. Costal. Menoch. Mascard. Pacian. Bronchorst.



chorst. Fachin. Connan. omnes à Schifordek. *lib. 1. tr. 6. q. 1.* re-  
 los agnoscit † ipse Schifordeker ad Anton. Fab. *lib. 1. tr. 6. q. 7. 14*  
 Arnold. Vinn. *sel. quest. c. 31.* Georg Frantzk. *in com. ad π. tit.*  
*comm. prad. Mæstert var. tr. tit. de serv.* Eandemque sententi-  
 am in Praxi † receptam testatur Wurms *pr. Obser. lib. 1. tit. de 15*  
*serv. 16.* Hinc etiam dispositionem *l. ult. C. de long. temp. præ-*  
*scr.* expresse ad hunc casum quo ex justa causa quis bona fide à prædii  
 possessore qui non fuit Dominus, poss. acquisivit restringit Brunn. *dl.*

## XXVIII.

Sed an † novo jure in præscriptione servitutum titulus sit  
 necessarius eo in casu quo initium possessionis à fundi servientis  
 domino præficiscitur, non usque quaque expeditum est? Ita sane †  
 dicendam videbatur propter *l. ult. C. de long. Com. præscr.* ubi bo-  
 num initium requiritur, quam solam affirmantis hujus opinionis  
 urgent defensores Anton, Fab. *lib. 19. conject. c. 10.* Joh. Coral. *ad*  
*l. servitutes 14. ff. de servit. num. 40.* Verum enim vero † *d. l. 3*  
*ult* de usucapione servitutum communi, ubi videlicet initium pos-  
 sessionis proficiscitur à non domino qui tamen Dominus putaba-  
 tur, loquitur aperte, de præscriptione autem servitutum longi tem-  
 poris, quæ initium habet à Domino fundi servientis, nequaquam.  
 Quod † inter alia etiam exinde colligere licet quod hic textus lo-  
 quatur de illa usucapione ad quam scientia & patientia Domini  
 non est necessaria *d.* Quod si † autem scientia & patientia do-  
 mini fuerit adhibita, eo casu nihil sane definit Imp. ut vel sic pa-  
 teat, nihil eum circa jus vetus mutasse. Non ergo † conclusio  
 firma est, in usucapione quæ non requirit scientiam titulus est ne-  
 cessarius, E. in omni. De hac enim argumentandi ratione quid  
 sit sentiendum vid. Schifordeker ad Anton. Fab. *lib. 1. tr. 6. q. 7. 7*  
 Sublata † enim quæ olim fuit inter usucapionem & longi  
 temporis præscriptionem differentia, constituit ibi solum Imp.  
 Just. quod ad exemplum rerum corporalium & immobilium, ser-  
 vitutes etiam usucapi possint, nimirum præsuppositis terminis ha-  
 bilibus, quando videlicet possessor initium suæ possessionis sumit  
 à non domino quem tamen dominum credit. Non aliter † enim  
 usucapionem propriè sic dictam, ordinariam & communem pro-  
 cedere



cedere juris est explorati. *pr. J. de Usuc.* Ast quia contingere potest & in servitutibus plerumque fieri solet *vid. l. 1. §. fin. ff. de aq. & aq. pl. arc.* ut initium possessionis proficiscatur à vero fundi domino, sciente nimirum & patiente alterum servitute uti, quæ  
 10 præscriptio servitutum propria dicitur, proinde † hanc legem de illa usucapione servitutum quæ cum usucapione rerum corporali-  
 11 um communis est, communis etiam & ordinaria dicitur, cumque illa communia habet principia, non † vero de illa extraordinaria & servitutum propria intelligendam esse, nemo non videt. Con-  
 sentit Arnold. *Vinn. lib. 1. sol. quest. c. 31.* Schifordeker. *lib. 1. tr. 6. per. tot.* nec alienus est ab hac sententia Brunnem. *ad l. ult. C. dt. Harppr. ad §. ult. J. d. servit. num. 14.* Casp. Mantz. *d. tr. 9. 11. num. 125. & seqq.*

## XXIX,

1 Posteriori † casu quo nimirum quasi possessionis servitutis  
 initium est à non Domino prædii, qui tamen dominus putabatur  
 2 ideo etiam titulus hic est necessarius. Et ita † accipienda *l. ult. C. de long. temp. præscr.* Hæc quippe servitus, quæ uti dictum i-  
 nitium sumit à non domino nihil habet peculiare & proprium, sed  
 eandem fere naturam quam habet usucapio earum corporali-  
 3 um, ac proinde ad illarum exemplum etiam introducta videtur *d. l. ult. in*  
 4 *fin.* Quod non † ita obtinet in præscriptione servitutum quæ  
 initium possessionis sumit à fandi servientis domino, sed ab illa  
 naturam habet, plane separatam. Jam vero quemadmodum † in  
 usucapione rerum corporali-  
 5 um requiritur ut possessor titulum suæ  
 possessionis habeat à non domino quem tamen dominum credit  
*pr. J. de usuc. l. 24. C. de R. V. l. ult. C. de usucap. pro hered.* Ita  
 etiam in † quasi possessione rerum in corporali-  
 um eo in casu ubi  
 quasi possessionis initium proficiscitur à non domino, nec ejus de-  
 sideratur scientia vel ignorantia, titulus est necessarius.

## XXX.

1 Prædicta † juxta communem Dd. sententiam, haud dubiè  
 2 locum habentur in servitutibus realibus. An vero in præscribendis  
 3 servitutibus personalibus titulo sit opus, variant Doctores? Sunt  
 qui distinguunt inter usumfructum & cæteras servitutes persona-  
 les.



tes. In illo titulum necessarium esse docentes, idque propter rei  
 quæ præscribitur gravitatem & omnimodum quod præscribens con-  
 consequitur inde emolumentum vid. Casp. Manz. *tr. de servit.*  
*pers. q. 11. num. 138.* Alii vero † indistincte in præscribendis 4  
 servitutibus personalibus titulum requirunt Carpz. *Ipr. For. part.*  
*2. const. 4. def. 2. num. 5.* Johann. Brunnem. *ad l. 2. C. de serv.*  
*Coras. ad l. servitutes 14. ff. de servit. num. 30.* Cœpoll. *de serv. rust.*  
*c. 20. n. 6.* eamque sententiam communem esse tradit Joh. de Ca-  
 stell. *tr. de usufr. c. 68. num. 16. & seq.* Sunt † deinceps qui  
 nullam hic admittunt distinctionem inter personales & reales ser-  
 vitudes, sed in illis æquè titulum non necessarium putant, quan-  
 do contra ipsum dominum fundi usufructuarii præscriptio inchoa-  
 tur directe, & immediate. Quorum partes tuetur Casp. Manz.  
*tract. d. servitut. Real. q. 11. num. 136.* Quæ sententia nobis ve-  
 rior videtur. Idque propter generalitatem textuum, supradicto-  
 rum, qui inter servitudes reales & personales non distinguunt.  
 Lege autem non distinguente &c. Deinceps † solida diversitatis 6  
 ratio hic nulla apparet, ut merito hic idem iudicium statuendum  
 videatur de personalibus.

## XXXI.

Tandem, quemadmodum † ad præscriptionem rerum corpo- 1  
 ralium possessio longo tempore continuata requiritur: Ita, ut ra-  
 tione causæ Efficientis valida sit longi temporis præscriptio servi-  
 tutum longum tempus desiderant iura. Non tantum † si possessio- 2  
 nis initium proficiscitur à fundi servientis domino, sed etiam si  
 causam habent à non domino, qui tamen dominus putabatur  
*l. si quis diuturno usu 10. ff. si serv. vind. l. 1. l. 2. C. d. servit. l. ult.*  
*C. de long. temp. præscript.* Quid † vero per longum tempus 3  
 priori casu significetur, spatiumne decem annorum, an vero  
 brevius aut longius, non satis inter omnes constat? Nonnulli † 4  
 per longam tempus de quo in *dd. ll.* agitur, immemorabile intel-  
 ligunt, quod facit Hottomannus *per l. 3. § ductum aqua ff. de aq.*  
*coltid. & estiv. l. 1. inf. l. 2. §. idem Labeo 7. & 8. ff. d. aq. pluv. a-*  
*rund.* in quibus LL temporis immemoralis fit mentio. Verim † e- 5  
 nimvero hæc explicatio ab aliis non sine ratione rejicitur. Nam in



*d. l. 10. ff. si serv. vind.* Ulpian. J. Cuius in verbis, per annos forte tot, præponit certum tempus, & quod sit longe brevius, quam quod  
 6 immemorabile vocant. Jam vero † tempus immemorabile certum  
 7 temporis spatium non habet, uti ostensuri sumus. Communis  
 itaque est sententia, quam contra Hottomannum & alios defendit  
 etiam Casp. Schifordek. ad Ant Fabr. *lib. 1. tract. 6. q. 3.* Daar. *lib.*  
*l. 1. disp. annivers 34.* per longum tempus in *dd.* textibus decennij  
 8 tempus intelligendum esse, Longum † namque tempus regulariter  
 in Jure nostro certum significat tempus, & ubi contrarium non  
 suadet Juris analogia decem annorum aut 20. *arg l. si cum fidei com-*  
*missa §. Aristo ff. qui & à quib. manum.* Briffon, in *Lex. voc. lon-*  
*gum tempus.* Schiferdeker. *dl. 10b.* Coras. ad *l. 14. ff. de serv. n.*  
*22: in fin.*

## XXXII.

1 Ubi sane initium possessionis proficiscitur à non domino qui  
 tamen Dominus putabatur, nec dubitare ullo modo licet, quin per  
 longum tempus in *l. ult. C. de long. tempor. præscr.* intelligatur decen-  
 nium inter præsentis & 20. anni inter absentes *d. l. ult.* & ibi Brunn.  
 consent. Jus Bavar. *tit. 6. art. 4.* ibi. und diese werden in 10. Jah-  
 re/ wider die im Land und in 20. Jahren/ wider die usserhalb Lands  
 verjähret und erfessen. Manz. *tr. de Serv. 9. 8. n. 54.* Præsentis  
 2 autem † dicuntur non qui in eadem sunt Civitate, sed qui in eadem  
 3 Provincia domicilium habent *dl. ult.* Hodie vero † qui sunt in  
 eodem territorio vel etiam, præsertim (si hoc amplum sit) sub eo-  
 dem Judice Harpr. *ad pr. 1. de usuc. n. 106.* Brunnem. *ad ult. C.*  
 4 *de long. temp. præscr.* Struv. *Ex ad π. 43. θ. 17.* Absentia † igitur  
 & præsentia non tam æstimatur ratione personæ quam domicilij;  
 ita ut licet corpore absens sit, tamen ob domicilium quod in Pro-  
 5 vincia habet pro præsentis habeatur. *dl. ult.* Hinc † si degimus  
 ambo in eadem Civitate si non habeamus ibidem domicilium, pro  
 6 præsentibus nos non haberi constat. Et è contrario, † si habeamus  
 domicilium, in eadem provincia licet non convivamus sed in di-  
 versis Provinciis commoremur, nos tamen pro præsentibus hęc te-  
 nus habendos esse, post. Castrenf. Balb. Menoch. Balthasar tradit Joh.  
 Brunnem. *ad l. ult. C. de long. temp. præscr.* Quod si rei Domi-  
 nus †



nus † aliquot annos præsens, aliquot absens fuerit, tum vero 7  
 illi anni quibus quis absens fuit sunt duplicandi, hoc est supra  
 decennium adjiciuntur anni tot, quot ex decennio absens fuit.  
 Hinc † si septem annis præsens, tribus vero annis absens fuisset, 8  
 tunc ultra illos septem & tres annos adhuc alij tres anni requiruntur  
 & sic in aliis. v. e. octo annis præsens, duobus annis absens, duo illi du-  
 plicandi Nov. 119. c. 7. Auth. *quod si quis C. de long. temp. præscr.*  
 & ibi Joh. Brunnem. Struv. S. I. V. tit. ff. de usuc. θ. 17. Christ.  
 Phil. Richter. p. 1. decis. 21. n. 39. & seq. Illud denique † ratione 8  
 temporis notandum, quod computari in materia præscriptionis de-  
 beat illud non naturaliter, de momento in momentum, ut evenit  
 in nonnullis Juris nostri articulis l. 4. pr. in fin. ff. de minor. 25.  
 annis. Sed civiliter, ut dies cœptus pro completo habeatur l. 6.  
 l. 7. ff. de Vsup. l. 15. ff. d. diu ac temp. præscr. Gebhard. de usuc.  
 c. 36. Dn. Georg. Adam Struv. Ex 43. θ. 28. Circa subjectum  
 nihil Singulare occurrit, progrediendum itaque nunc ad nostræ  
 præscriptionis Objectum.

## XXXIII.

Objectum longi temporis præscriptionis sunt servitutes, 1  
 non omnes quidem, sed quæ à Dd. dicuntur continuæ † 2  
 aut discontinuæ † quidem, conjunctæ tamen cum titulo 3  
 & bona fide. Ratione Objecti ergo requiritur I. Servitus † 4  
 tam personalis quam realis. Ad personales refertur Ususfructus  
 usus & habitatio. Unde si ususfructus † constituatur in re aliqua 5  
 ab eo qui Dominus non est & fructuarius de Jure hoc est titlo &  
 b. fide per legitimum tempus 10 vel 20. annorum utatur, præscri-  
 bere & adquirere Jus ususfructus poterit contra dominum pro-  
 prietatis l. ult. in f. C. de long. temp. præscr. Hunc enim textum † de 6  
 præscriptione servitutis ad quisitiva adeoque de usufructu jam for-  
 mato, recte explicat Joh. del Castell. tr. de usufr. c. 68. in pr. Caspar  
 Manz. tr. de serv. pers. n. 39. & seq. Licet n. ususfructus † servitus sit 7  
 discontinua, quia regulariter fructus non nisi semel in anno colli-  
 gantur, sed sua natura intermissionem sive interruptam possessio-  
 nem habeat: Quæ autem ita sunt comparata longo tempore non  
 E 2 acqui-



8 acquiruntur, per ea quæ in sequentibus sumus dicturi: Attamen tamen hoc longi temporis præscriptioni usufructus nihil obstat. Casp. Manz. *dir. de serv. pers. q. 2. n. 83. tr. de real. serv. q. 9. n. 98* Jolt. del Castill. *d. cap. 68.* Nec de usufructu rerum mobilium tamen aliud dicendum. Licet enim tamen ipsæ res mobiles triennio præscribantur prout in de usuc. in usufructu tamen rerum mobilium aliud dicendum videtur. Manz. *d. tr. n. 84.* Neque tamen solum usufructus ita præscribitur quando possessor à non Domino causam habet, per ea quæ in terminis tradunt Manz. Castill. *dd. LL.* Verum etiam adversus ipsum domium proprietatis is, qui diu ex re aliena usumfructum cepit sciente ac patiente Domino, nec vi nec clam nec precario.

## XXXIV.

1 Reales quoque servitutes objectum nostræ præscriptionis haud dubie constituunt adæquatum *l. ult. in fin. ibi. & cætera servitutes C. de long. temp. præscr. l. 10. ff. si serv. vind. l. 3. §. 4. ff. de aq. quot. l. 1. in fin. l. 2. ff. de aq. pl. are. l. 16. ff. si serv. vind.* Nec de Iure Civili hic distinguendum, inter servitutes continuas & discontinuas, quasi illæ longo tempore, hæ vero non aliter quam tempore immemoriali præscriberentur. Licet enim tamen hanc distinctionem ex Juris Romani principiis defendere quam plurimi non dubitaverint. *Gl. in l. 2. C. de servit. vers. quasi l. 14. ff. de servit.* Guid. Pap. *decif. 573. Cæpoll. de servit. urb. c. 20. Balb. de præscr. 4. p. 2. q. 1. Pachin. lib. 8. contr. c. 22.* Attamen tamen erroneam esse hanc distinctionem Galli monstrarunt primum & penitus deinceps profligarunt Longovallus *ad l. Imperium ff. de iurisd.* Coras. *ad l. servitutes 14. ff. de servit. idem lib. 5. Miscell. cap. 9. Daarenus ad l. si quis diuturno ff. si serv. vind. Connanus lib. 4. cap. 12. & alii* uti videre est apud Casp. Schiferdek. *ad Ant. Fab. lib. 1. tr. 5. in præfat.* Eosque secuti Icti Germani tamen, omnes servitutes, nulla omnino distinctione adhibita, utrumne factum habeant continuum an vero discontinuum, longo tempore acquiri posse docuerunt. Schiferdeker *dl. Casp. Manz. tr. de servit. q. 1. n. 68. Georg. Franzk. in comm. ad tit. de serv. n. 48. & seq. Mæstert. var. tr. dl. Vinn. c. 31. sch. quest.*

XXXV. U.



## XXXV.

Utrunque ea res se habeat, hanc distinctionem usus & con-  
 fuetudo firmavit. *Guid. Papæ decis. 573. Covarruv lib. 1. var. re-  
 sol. c. 17. n. 11. Manz. dl. n. 64.* Augustumque quod spiræ est Ju-  
 dicium sequitur. *Gail. lib. 2. Obs. 69. n. 14. Myns. cent. 4. Obs. 53.*  
 Ac statutis † quorundam locorum Provincialibus approbata est 2  
 uti de Jure Bavarico restatur idem Manz. n. 65. ibi. *Die andere  
 Grund und Dienstbarkeit deren Gebrauch nicht stäts und ohne  
 Unterbruch ist / sondern in des Menschen Übung stehet / werden  
 durch Verjährung anders nicht erlange / dann in solcher langen Zeit /  
 welche über Menschen Gedenden sich erstrecket.* Proinde Obje-  
 ctum longi temporis præscriptionis servitutum constituunt illæ  
 solum servitutes, quarum usus & exercitium est continuum. Co-  
 ras ad l. *servitutes 14. ff. de servit.* Huc referri † potest ex servi- 3  
 tutibus realibus rusticis, aquæ ductus *d. l. 10 ff. si serv. vind. Casp.*  
 Manz. *d. tr. q. 8. n. 56.* Ex urbanis, servitus tigni immittendi  
 Manz. *d. tr. n. 56.* oneris ferendi, altius non tollendi Manz. dl. 4  
 Sim. Piff. *v. 1. conf. 12. 14.* quæ à servitute altius tollendi affirma-  
 tiva hætenus differt, quod hæc discontinuum magis quam conti-  
 nuum usum habere videatur; uti notavit Joh. Petr. Surd. in *conf.*  
*vol. 1. conf. 17. n. 25.* Idem dicendum de his quæ quasi continuæ  
 appellantur, ut stillicidii avertendi vid. Manz. *d. tr. n. 57.* Johann  
 Coras ad l. *servitutes 14. ff. de servit. n. 1.*

## XXXVI.

De jure pascendi, quod haud dubie servitus est discontinua, 1  
 Castill. de *usufr. c. 68. n. 28.* quo tempore acquiratur, non consen-  
 tiunt DD. uti videre est apud Casp. Manz. *de servit. q. 7. n. 67.*  
 Covarr. *lib. 1. var. resol. c. 17. n. 82.* Longum † seu ordinarium hic 2  
 sufficere tradit. Herd. Vasq. *Illustr. controv. c. 83. n. 41.*

Atj autem distinguunt † utrum hoc jus debeatur prædio an 3  
 vero personæ. Pæriori casu immemoriale tempus requirunt; quan-  
 do autem debetur personæ tunc propter animum personarum qui-  
 bus servitus debetur, ex quo animo continue retinetur possessio,  
 longam tempus sufficere tradunt, post alios Aym. Cravert. *vol. 1.*  
*conf. 4. n. 35.*



- 4 Sunt deinceps, † qui nulla adhibita distinctione, immemoriale  
 1 tempus desiderant, quam sententiam à DD. communiter receptam  
 testatur Joh. Cöpp. *decis. 57. n. 73. & mult. seqq.* Wesehb. *part. 1.*  
*cons. 18.* Joh. de Castell. *de usufr. c. 68.* Covarr. *V. R. libr. 6. 17. n.*  
 5 *11.* Pichard. *ad pr. 1. de servit. n. 16.* & † ita in Camera Delphinatus  
 2 decifum fuisse testatur Guid. Pap. *decis. 573.* Mart. *dig. noviss. lib.*  
 3 *3. tit. præscript. cap. 68.*
- 6 Eandemque † sententiam secutos esse Assessores Cameralis  
 1 Judicij in causa Johannis Knöblach/ contra Senatum Hagenoven-  
 tem Anno 1550. refert. Mynf. *cent. 4. obs. 53.* & in *Resp. resp. 11. de-*  
 7 *cad. 1. n. 16.* Add. Modest. *Pistor. vol. 1. consil. 7. q. 1.* Alii aliter †  
 hanc quæstionem explicare solent.

## XXXVII.

- 1 Nobis in hac quæstione distinguendum inter illud quod ho-  
 2 die usu receptum jus compascui vulgo *die Roppelweyde/* atque in-  
 3 ter Jus pascendi simplex. Illud † ab Objecto longi temporis præ-  
 4 scriptionis qua servitutes acquiruntur, adeo removendum, ut ne  
 quidem longissimo tempore imò nec immemoriali adquiratur.  
 Joh. Cöpp. *decis. 57. n. 24.* Carpz. *Ipr. For. p. 2. const. 4. def. 14.*  
 ubi in fine præjudicium.
- 3 Simplex jus † pascendi, sive prædio adquiratur sive personæ  
 quæ prædium non habet v. c. quando bubulci vel mercatores pe-  
 corum, in certis locis alicujus Universitatis pascuis utuntur, vel  
 quando quis non in vicino, sed tertio aliquo remotiori loco pa-  
 4 scuis utitur, secundum veriore sententiam, de Jure Civili longo  
 tempore acquiritur.
- 4 Cum enim hoc jure omnes servitutes tam reales quam per-  
 5 sonales, sive continuæ sint sive discontinuæ longo tempore acqui-  
 rantur per superius tradita. Proinde cur aliud de Jure pascendi  
 5 dicendum sit, nulla nos ratio movet. Postquam vero † secundum  
 communem in praxi receptam sententiam, discontinuæ servitutes  
 tempore demum immemoriali acquiruntur, quando videlicet pos-  
 sessor titulum nullum habet: idem sane de servitute Juris pascen-  
 6 di, quæ procul dubio discontinua est, sentiendum & judicandum  
 erit. Juxtaque hanc sententiam † supra laudati DD. accipiendi.  
 Mynf.



Mynf. *Guid, Pap. Modest. Pistor. Wesenb. dd. LL. Mart. dig. Noviss. libr. 3 tit. præscr. c. 68.* ubi longum tempus sufficere putat, quando pro Jure pascendi aliquid fuerit solutum.

## XXXVIII.

Non itaque omnes servitutes longi temporis præscriptionis 1  
constituunt objectum, sed illæ solùm, quarum usus est continuus. 2  
Quæ autem tales sint vel non sint, explicant alii, vid. Coras. ad *l. ser-*  
*vitutes 14. ff. de servit.* nobis properandum est. Nec continuæ om-  
nes † huc pertinent, sed illæ solùm, quæ sine titulo acquiruntur. 2  
Quando enim titulum quis habet à non Domino quem dominum  
putabat, servitutum forte ex causa emtionis, donationis, legati aut  
alio modo acquisitam possidens, licet discontinuam, tum vero ad  
exemplum aliarum quæ continuæ sunt, longo tempore quæruntur.  
Joh. del. Castill. *tr. de usufr. c. 68. n. 9.* Casp. Manz. *Tract. de ser-*  
*vit. real. q. 8. n. 99.* Mynf. *cent. 4. obs. 53.* Gomez *VR. tom. 2.*  
*c. 15.* Brunnem. *ad l. 2. C. de servit.*

## XXXIX.

Formalis ratio nostræ præscriptionis consistit in acquisi- 1  
tione servitutis per longi temporis possessionem. Quo ipso dif- 2  
ferre † eam à præscriptione servitutum extinctiva nemo non vi- 2  
det. Hac enim non acquiritur servitus, sed quæ jam constituta  
era, extinguitur.

Deinceps † ab alijs modis quibus servitutes tam constituun- 3  
tur quam acquiruntur de quibus videri possunt *text. in l. pen. C. de*  
*serv. l. 22. §. 3. ff. fam. exc. l. 18. ff. com. divid. tt. ff. de servit. legat.*  
hæc nostra discernitur, quod hic servitutes per quasi possessionem  
longo tempore continuatam acquirantur, secus ac in alijs servitu-  
tem constituendi & acquirendi modis. Quæ omnia latius persequi  
institui ratio non permittit.

## XL.

Progrediendum nunc ad præscriptionis Effectus. Que- 1  
modo vero ante completum longi temporis terminum ser- 2  
vitus per quasi possessionem beneceptam actu nondum constituta  
est, sed, ut loquitur Bach. *ad Tr. vol. 1. §. 17. th. 9.* formari dicitur,  
quam ceu rudem adhuc & informem, dominus, usum rei suæ qua-  
vis.



v's ratione prohibendo, ne ad effectum perducatur, impedire potest. *l. 2. C. de servit. l. 6. in fin. pr. ff. si serv. vind.* sic elapso tempore legitimo servitus confirmatur.

Utrum vero tum servitutes usucapiantur, an vero longi tempores præscriptione acquirantur, non una omnium est sententia? Omnes longo tempore adquiri putat Schifordek *tr. 5 q. 6.* Nonnulli ¶ distinguunt inter Jus Verus & Novum. Ante tempora Justin. servitutes longo tantum usu & quasi possessione acquiri potuisse, statuentes, quod tamen nova Justin. constitutione in *l. ult. C. de long. temp. præscr.* sublatum, sicque adeo hodie Servitutes proprie usucap. censent. *Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 17. §. 8.* Sunt alii, qui nec novo Jure servitutes propriè usucapi posse statuunt. *Ludw. Ex. iust. 5. §. 7. lit. f. Casp. Manz. tr. de servit. Real. tit. 2. q. 7. n. 48.*

Nos ¶ In hac quæstione distinguendum putamus, inter eam servitutis præscriptionem, quæ requirit titulum, scientiam autem & patientiam domini non desiderat, atque inter illam quæ titulum non requirit, sed, uti supradictum, non nisi sciente eo & patiente perficitur. Illius post *l. ult. C. de veram esse non quasi usucapionem* constanter asserimus; *Bach. d. l. Vinn. lib. 1. select. quæst. c. 31. p. 163.* ibi. *Servitute tam usucapione quam præscriptione acquiri usucapione vide licet Iustiniana.*

Licet enim ¶ veteri jure servitutum vera ac propriè sic dicta usucapio non erat *l. 4. §. 27. ff. de usuc. l. 9. ff. eod.* Longo tamen usu & quasi possessione acquiri poterant, atque eum qui à non domino quem tamen dominum credebat, servitutem ex causa donationis, legati E. V. aut alio modo fuerat nactus, Præsor defendebat. Verum enimvero ¶ transformata à Justiniano usucapione & cum longi temporis præscriptione confusa, nihil obstat, quo minus accedentibus præsertim iis, quæ ad usucapionem jura requirunt, & præprimis titulo, propriè usucapiantur. Idque ad exemplum rerum immobilium, quarum vera est usucapio citra omnem controversiam. *Bach. ad Tr. dl. Arnold. Vinn. lib. 1. scil. quæst. c. 31.*

## XLI.

In hac autem servitutum præscriptione quæ contra dominum immediate inchoatur, res paulo aliter se habere videtur. Certum



tum, namq; est, uti & supra etiam dictum fuit †, quod L. Scribonia  
 omnis usucapio servitutum fuerit sublata, in ejusque locum sub-  
 rogata à Præatore longi temporis possessio *d. l. 10. ff. si serv. vind.*  
*l. 5. ff. d. itin. act. privat.* quam ab Imp. Antonino confirmatam  
 quidem *l. 1. & 2. C. de servitut.* nullibi autem mutatam † legimus.  
 Quod ergo mutatum non est, cur stare prohibeatur? *arg. l. 27. C.*  
*d. testam?* Nihilque † pro contraria sententia facit *d. l. ult. C. d. long.*  
*temp. præscript.* utpote quam de ordinaria & communi præscri-  
 ptione, non vero de ea quæ servitutum est propria, intelligendam  
 esse, superius ad nauseam demonstratum fuisse non dubitamus. Qui-  
 bus addi † potest Schifordek. *tit. 1. tr. 6. q. 7.* Donell. *lib. 11. comm.*  
*cap. 12.* Vinn. *l. b. 1. select. quest. 31.* Nec † adstipulari possumus  
 hac in parte Casp. Manz. qui, Justinianum Imp. omnes istos sub-  
 tilitatum nodos, nudo Gordio longè intricatioribus, uno gladio ac  
 ictu reseccasse, atque è medio sustulisse putat, in *tr. de Serv. Real.*  
 Hoc enim † si admitteremus, omnia illa jura, quæ scientiam & pa-  
 7 tientiam domini in hac nostra præscriptione exigunt, in fumum  
 abire dicendum foret, contra textus tam claros, & apertos, tam-  
 que constantem præclarissimorum Jctorum autoritatem. Di-  
 8 versos † namque hosce modos, servitutum per scientiam ac patien-  
 tiam domini: ac titulum acquirendi, Interpretes ferè omnes agno-  
 visse eleganter ostendit Donell. *lib. 11. comm. cap. 12. vers.*  
*hac sententiæ, &c. ibi: hac sententiæ communis propè omnium In-*  
*terpp. & vera est.* Add. Bald. *ad l. 2. Cod. de servit. num. 6.*  
 Schifordek. *d. tr. 6. q. 6. in fin. ibi. Quæ cum ita sint, diversi*  
*erunt modi servitutum acquirendi per titulum: Et per scientiam*  
 9 *Domini.* Deinceps † si præsupposita Manzii sententiæ, Justinianus  
 Imp. omnem usucapionis, ac longi temporis præscriptionis diffe-  
 rentiam uno quasi ictu sustulit, cur non ipse servitutum hodie ve-  
 ram usucapionem esse affirmare audeat?

## XLII.

Manet ergo, post Imp. Justin. in *l. ult. C. de long. temp.*  
*præscript.* constitutionem, sicque adeo, post consulam ab Imp.  
 cum usucapione, longi temporis præscriptione, servitutes etiam  
 num hodiè longo tempore quæri! Sed an † ipsa servitus, an ve-  
 2



3 rō quasi servitus s. commodum tantum servitutis tum acquiratur, a-  
 3 cerrimè inter se Dd. pugnare deprehendimus. Ipsam † servitutem  
 non acquiri, sed quasi servitutem, ac commodum tantum servitutis  
 putat Johann Coras. ad l. 14. ff. de servitut. num. Quo facit l. 1.  
 §. ult. ibi. & erit ista quasi servitus ff. d. aqua & aq. pluv. arcend.  
 Hinc Imp. Anton. in l. 1. C. de servitut. longam consuetudinem vi-  
 4 cem servitutis obtinere, expresse rescripsit. Verum † enimvero servi-  
 tutem ipsam non aliquid tantum servitutis quod sit commodū ejus  
 aut aliquod jus vice servitutis longo tempore quæri, ubi quis sciente  
 & patiente adversario usus est non vis, nec clam, nec precario, contra  
 Coras. defendit Casp. Schiferdek. ad Anton. Fabr. lib. 1. tr. 5. q. 5.  
 Idque per l. 2. C. de servitut. ubi idem Imp. ipsam servitutem lon-  
 go tempore quæsitam affirmat. l. 1. §. fin. ff. de superficie. ibi. Ser-  
 vitutes Prætorio quoque jure constituentur.

## XLIII.

1 Ad remedia vero seu actiones, quæ pro ista servitute sive per  
 usucapionem, sive per longi temporis præscriptionem quæsitæ  
 competunt, quod attinet, sciendum, quod nondum impleta usuca-  
 2 patione is, qui servitutem tam personalem quam realem cum titulo à  
 non Domino qui tamen Dominus putabatur nactus est, Publi-  
 3 cianam habeat actionem. Ita enim † Jctus Ulp. in l. 11. §. 1. ff.  
 d. public. in rem act. Si de usufructu inquit agatur tradito, Publi-  
 ciana datur. Itemque servitutibus urbanorum prædiorum per  
 traditionem constitutis, vel per patientiam forte, si per suam domum  
 passus est aqua ductum transduci Itemque rusticorum: nam & his  
 3 traditionem & patientiam tuendam constat. Per traditionem † i-  
 taque in d. l. ea quæ à non domino facta est necessario intelligi  
 debet, cum si à domino servitutem quis acceperit, statim acquire-  
 retur servitus, nec longi temporis possessione opus esset. Schi-  
 fordek. ad Anton. Fabr. lib. 1. tr. 6. q. 6. ferò in fin.

4 Huic vero † qui in quasi possessione servitutis, (rusticæ præ-  
 fertim,) erat constitutus, dabatur interdictum de itinere actaque  
 privato, l. 1. §. 1. r. tit. ff. d. itin. act. privat. ad quasi possessionem,  
 5 illarum servitutum defendendam ac retinendam. Æquum enim †  
 Prætori



Prætori visum fuit, etiam hunc, cui servitus talis nondum erat constituta, usus tamen erat servitute nec vi, nec clam, nec præcario, hætenus tueri *l. 1. §. 1. ff. dt. Deinceps* †, pro urbana servitute, utili huic inter dicto esse locum testantur *Dd. communiter Bach. ad Treutl. vol. 2. disp. 25. th. 4. l. H. p. 690. Cæpoll. de servit. rustic. cap. 1. n. 33.*

Impleta vero usucapione, vel longi temporis præscriptione, tunc illic quidem, ubi nimirum quis titulum habet, directa actio *Ant. Fab. lib. 19. com. c. 12. in fin. ibi, quia si traditio aut quasi traditio servitutis fieret ex justo titulo precedente, daretur vindicatio directa ei, cui servitus constituta esset &c.* Hic † vero ubi quis titulum non habet, utilis solum actio confessoria competit. *l. 1. §. fin. ibi. in quam rem utilem actionem habemus ff. de aq. & aq. pluv. arcend. l. 1. §. p. ff. de superficieb. l. 10. pr. ff. si servit. vind. Wes. ad l. 1. l. 2. C. de servit. Joh. Coras. de servit. n. 12. & 24. Ving. lib. 1. select. quest. c. 31. Schiferdek. ad Ant. Fabr. lib. 1. tr. 5. q. 7.* Tam † contra dominum, fundi servientis, quam contra tertium quemlibet turbantem aut impediendum, quo minus servitute uti liceat. *Bald. ad l. 1. C. d. servitut. Anton. Fabr. libr. 19. conject. cap. 12. in fin. Nec † non interdicta dd. H. Et directa † nonnunquam l. 5. §. 3. ff. d. itin. act. privat. interdum † vero utilia l. 1. ff. ult. ff. de superficieb. Gail. 12. §. 75. n. 1.*

## XLIV.

Cum nostra longi temporis præscriptione servitutum, Affinitatem aliquam habet quidem, libertatis præscriptio, in multis tamen differre palam est, *Vid. Joh. Coras. ad l. 14. ff. d. servit. n. 41. Bald. ad l. 1. C. dt. n. 11. & seqq. Besold. vol. 1. Consil. 15. num. 79. & seq. f. 380.*

Paucis † nunc de contrariis. Quædam vero † vel ab initio impediunt usucapionem & longi temporis præscriptionem servitorum, quædam jam quasitam extinguunt. Illuc † pertinent omnia ea, de quibus in præcedentibus fuit actum. Quo † etiam referri potest usurpatio, sive quasi possessionis servitutum interruptio. Interrumpitur enim † nondum completa usucapio, secus ubi jam completa est. *Bald. Sal. cet. ad l. 2. C. de servitut. Brunn.* Fit † autem hæc interruptio vel naturaliter vel civiliter. Illa



- 8 contingit †, quoties in prædialibus v. c. servitutibus quis possessionem ejus fundi, cui acquirere volebat servitutem amisit. *arg. l. 1. ff. comm. prædior.* Ad † civilem quod attinet interruptionem, generaliter nonnulli scribunt sufficere hic ad usucapionem interruptendam extrajudicialem saltem prohibitionem, vel protestationem Vid. Dn. Struve Syntagm. Jur. Tit. de usucap. th. 28. Barbof. ad l. 2. C. de servitut. & ibi magno numero adducti.
- 10 Sed nos † etiam in hac quæstione distinguendum putamus, an possessor titulum habeat, an vero non habeat. Illic † non qualiscunque denunciatio, prohibitio, aut extrajudicialis interpellatio sufficit; verum quemadmodum de Jure Civili, per litis contestationem rerum corporalium usucapio sive longi temporis præscriptio interruptitur. l. 2. C. ubi in rem act. l. 10. C. de præscript. long. temp. l. 10. C. d. A. A. P. Ita † in rerum incorporalium seu jurium præscriptione idem omnino affirmandum videtur. Quo-  
 13 facit † elegans textus in l. 15. ff. proemt. ubi Scævola Jctus ita scribit. *Alienam arcam b. f. emit, & ante impletam diutinam possessionem edificare capit, ei denunciante Domino soli, intra tempora diutine possessionis perseveravit: quero, utrum interpellata sit, an captaturaverit?* Respondit: *Secundum ea quæ proponerentur, non esse interpellatam.* Hic vero † qualiscunque etiam extrajudicialis denunciatio, interdictio, seu prohibitio sufficit l. 2. C. de servitut. & ibi Dd. com. Bartol. Bald. num. 11. Casp. Schiferdek. ad Anton.  
 15 Fabr. lib. 1. tr. 6. quæst. ult. in fin. Et † secundum hanc distinctionem Dd. supra laudatos accipiendos esse, nulli dubitamus. Illud †  
 16 etiam hic notandum, nostram longi temporis præscriptionem servitutum multis in locis non observari, quemadmodum de Gallorum, ut & Batavorum moribus id tradit Grænew. de ll. abrogatis ad l. 1. C. de servit. In Foro Saxonico, † etiam in præ-  
 17 scriptione servitutum non aliam quam longissimi temporis præscriptionem anni & diei, usitatam esse illius Juris Interpp. passim testantur Carpz. Ip. For. part. part. 1. const. 4. def. 8. lit. 1. Tit. 9 Resp. 84. num. 13. Modestin. Pistor. vol. 1. Consil. 7. num. 7. Christ.  
 18 Philipp. Richt. part. 1. decis. 21. num. 59. inf. (contra Ecclesiam etiam non currere hoc longi temporis præscriptionem, rectè tradit



dit Manz. d. S. R. *const.* 8. n. 58.) Servitutum ꝑ longo tempore quaesitum extingunt modi, quibus hæc amittuntur. Vid. *tit. quib. mod. serv. amitt. quid. mod. usufr.* Illud etiam *ex l. 6. Cod. de servit.* colligunt Dd. Si in meo prato jus pascendi, ex præscriptione competat, & postea casu aliquo hæc pascua meis ovibus non sufficiant posse me ab usu servitutis te prohibere. *d. l. 6. & ibi Brunnem. Besold. vol. 5. Consil. 23. cons. 228. n. 14.* Quemadmodum etiam si nemora ꝑ vel ligna non sufficiunt domino & simul ei, qui jus lignandi in aliena Sylva ex præscriptione præten- dit, dominum tum loci, contra quem præscriptum, præferendum. Brunnem. *d. l. 6. Anton. Gabriel. Concl. Tit. d. præscript. concl. 1. n. 10. Matth. de Afflict. decis. 290. num. 7.*

## CAPUT. III.

*De Longissimi temporis præscriptione**Servitutum.*

## XLV.

**L**ongissimi temporis præscriptio est qua servitutes, quæ propter defectum tituli sive veri sive præsumpti, usucapi aut longi temporis præscriptione adquiruntur, per quasi possessionem 30. annorum adquiruntur. Eam ab Imp. Justin. in usucapione rerum primùm intraductam, communiter Dd. ad servitutum præscriptionem etiam extendunt. In hac ergo præscriptione licet adversus non dominum qui dominus putabatur, fuerit inchoata, titulus necessarius non est. Generalis ꝑ enim est Dd. conclusio. Quod in longissimi temporis præscriptione titulo non sit opus, uti per *l. 8. C. d. triginta vel 40. annorum præscriptione probant. Brunnem. dl. Struv. Syntagm. Univ. Tit. de usucap. th. 19. Besold. vol. 1. consol. 11. f. 265. n. 59. & 187. Manz tract. de Servit. personal. Tit. 1. const. 9. n. 80. & seq. Johann. Copp. decis. 57. n. 15.*

Ubi vero ꝑ contra ipsum dominum præscriptio inchoatur, tum vero ratione tituli quidem ferè nihil singulare habet hæc longissimi temporis præscriptio: Scientia tamen domini hic non requiritur: Cum ꝑ enim in hac præscriptione, ut supra dictum, scientia & patientia tituli vicem suppleat, proinde cum titulo hic opus non sit, nec etiam scientia necessaria videtur. Manz. *d. servit. real.*



*real. quest. 11. num. 153. Joh. Coras. ad l. 10. ff. d. servitut. n. 30.*  
 7 Struv. *ad Tit. ff. de ususap. th. 19.* Bona fides tamen in hac ¶ præ-  
 8 scriptione regulariter æque necessaria, ac in præscriptione longi  
 9 tempotis Struv. *d. l. Manx. d. S. P. q. 9. num. 82.* Quod enim ¶  
 10 nonnulli scribunt in hac longissimi temporis præscriptione non ad  
 modum de ea laborandum *d. l. C. Gilken. d. præscript. p. 2. membr.*  
*2. cap. 1. num. 3. Mæstert. var. tract. tit. d. servit. pag. 278. Salycet.*  
 9 *ad l. 2. C. de servit. num. 8.* non ¶ hunc habet sensum, quod bona  
 10 fides planè non sit necessaria, sed ¶ quod in hac præscriptione non  
 sit probanda, sed ex tanto temporis spatio præsumatur Carpz. *lib.*  
*1. Tit. 4. Resp. 40. num. 17. Richter. part. 1. decis. 21. n. 61. Carpz.*  
*part. 2. decis. 117. num. 27. Besold. vol. 1. consil. 6. fol. 199. n. 16.*  
 11 *Gilken. d. præscript. part. 2. membr. 2. cap. 1. n. 14.* Si ¶ itaque  
 adversa pars malæ fidei probationem in se suscipere velit, audien-  
 da erit omninò, nullumque præscriptio habebit effectum. Carpz.  
*lib. 1. Tit. 4. Resp. 40. num. 19.* ubi hanc probationem valdè favo-  
 12 rabilem tradit. *num. 22.* Non autem ¶ servitutes discontinuæ ad  
 hujus longissimi temporis præscriptionis objectum rectè referun-  
 13 tur, *uti seq. cap. ostensuri sumus.* Scribit ¶ quidem Carpzov.  
*Tricennalem præscriptionem omne vitium rei præscribenda inherens*  
 14 *purgare. lib. 1. Tit. 9 Resp. 84. num. 16.* Verum ¶ illud de tri-  
 cennali præscriptione Jure Saxonico usitata intelligendum. Hoc  
 15 enim Jure ¶ omnes indifferentes servitutes tam continuæ, quam  
 discontinuæ, triginta annis, cum anno & die præscribuntur,  
 adeo, ut si tanto tempore quiete quis fuerit in quasi possessione  
 servitutis, sive sciente sive ignorante domino, præscriptione ac-  
 quisita servitus censeatur. Carpzov. *lpr. For. part. 1. const. 4. def. 2.*  
*Richt. part. 1. decis. 21. n. 57.*

## CAPUT ULTIMUM.

### *De Immemoriali præscriptione ser- vitutum.*

I **I**mmemorialis præscriptio est, qua servitutes discontinuæ, nec  
 non cæteræ omnes, quæ vel ob defectum bonæ fidei, aut tituli,  
 usu-



ufucapi, nec non longi & longissimi temporis præscriptione ac-  
 quiri nequeunt, per quasi possessionem temporis, cujus memoria  
 non extat, adquiruntur. Hanc † nonnulli cum præscriptione 100 2  
 annorum confundunt, sed malè. Ad centenariam quippe præ-  
 scriptionem 100 anni præcisè requiruntur vid. l. 23. C. d. 38. Ec-  
 cles. Auth. quas actiones C. eod. cap. 14 X. d. præscript. Hæc ve-  
 rò † nonnunquam longiori spatio temporis opus habet, aliquan- 3  
 do breviori absolvitur. Carpzov. Ip. For. p. 2. const. 1. d. 7. Castill.  
 d. usufr. c. 68. Dicitur enim † immemoriale tempus, cujus me- 4  
 moria non est in contrarium; censeturque probata, quando testes  
 deponunt, se vidisse semper ita fieri, & nunquam vidisse contra-  
 rium actum, nec à majoribus & senioribus aliud audivisse, neque  
 etiam hosce majores à suis majoribus & senioribus aliter audivisse,  
 hujusque rei publicam esse famam & opinionem apud eos, qui rei  
 cognitionem habent. Carpzov. def. 7. ubi etiam † tradit modum 5  
 adarticulandi in probatione temporis immemorialis. add. Klock.  
 vot. Cameral. 65. n. 226. Gal. 2. O. 66. Mynf. cent. 1. O. 30. Marra.  
 Dig. Noviss. lib. 3. Tit. præscriptio cap. 52. Hoc itaque † imme- 6  
 moriali tempore præscribuntur secundum communem in Praxi, uti  
 supradictum receptam sententiam, servitutes non modo disconti-  
 nuæ. vid. Carpz. Ip. For. part. 2. const. 4. d. 8. num. 4. Brunnem.  
 ad l. ult. C. de servitut. Mynf. cent. 4. O. 57. Modestin. Pistor. vol.  
 1. conf. 7. n. 57. Cöpp. decis. 57. Castill. d. cap. 68. Besold. vol. 4.  
 conf. 166. f. 138. Mynf. cent. 1. O. 30. Verum etiam cæteræ omnes, 7  
 quæ uno ex supradictis modo præscribi non possunt. Nec in † 8  
 ea scientia ejus contra quem præscribitur, desideratur Klock. vot.  
 Cameral. 65. num. 52. Nec † bona fides aut titulus de jure civili. 9  
 Bachov. ad Tr. vol. 2. d. 22. th. 6. Frantzk. lib. 3. Ref. 1. n. 317. vid.  
 Struv. Tit. d. usucap. th. 23. usque adeò, † ut licet de Jure Cano- 10  
 nico in hac etiam præscriptione bonam fidem exigant. Dd. uti  
 ex cap. ult. X. d. præscript. colligunt Brunnem. ad l. 1. C. d. 30. &  
 40. annor. præscript. Gilken. d. præscript. P. 2. Membr. 2. cap. 1. n.  
 6. H. nr. Canis. ad c. vigilantem X. d. præscript. Bach. ad Tr. vol. 2.  
 disp. 22. th. 6. lit. C. hæc tamen † sententia ita temperanda sit, ut ni- 11  
 mirum ex temporis cujus memoria non extat lapsu, b. f. præsumatur,  
 in tantum, ut nec probatio in contrarium, sit admittenda, Mynf. cent.



1. O. 30. Bachov. ad Tr. d. l. & ex eo. Brandmüll. diff. Iur. Civ. & Canon. voc. præscriptio. Carpz. Ipr. For. part. 2. const. 1. defn. 7. in fin. Et non aliter servitus acquisita dicatur, quam si ab initio statim jure imposita esset. l. 1. §. fin. ff. aq. pluv. arcend. Immemorialis enim præscriptio vim privilegii & specialis concessionis habere dicitur. Mynsing.

d. l. 1.

*Nobili & Clarissimo Dn. Candid. KREIDENMANNO, &c. pro Gradu Doctorali disputaturo,*

**M**Ajorum meritis imitatis, hancce palæstram  
Excipiat similis gloria, fama, decus!

*Benevolentia causâ Imq. appof.*

Joh. Gravius, V. J. D. & Canon. Prof.

**U**T priscæ fuerant ingentia gaudia Romæ,  
Cùm Patre progenies Consule digna fuit;  
Inclita sic cineres sequitur rediviva paternos  
Gloria, quin patriâ crescet in urbe decus,  
Cùm Te Dædalea doctè certare palæstra  
Audiet, ac Themidis Te juga summa sequi,  
Exurgitque dies, niveo signanda lapillo,  
Quâ Jus Te signet nobiliore notâ.

*officiosè & amicè applaudit*

Joh. Andreas Frommann / D. Inst. P. P.

**S**ervi oneris de jure fiet præscriptio quænam,  
Differis, & creta candidiore notas,  
CREIDENMANNE, Themis creta quem comprobat albâ,  
Et cui præscribet candida dona Themis.

Virtus, fama, decus, præscripta hæc munera sunt.

Sic imitator *Avi*, dulce mereris *Ave*.

Joh. Conradus Brodtbeck / D.

F I N I S.



99 A 6974

ULB Halle  
002 935 759

3



W 17 Reho ✓





Handwritten text on the book cover, possibly a title or library stamp, appearing as dark ink on the light-colored paper. The text is difficult to decipher due to its orientation and fading.







B.I.G.

Farbkarte #13



*D. B. V.*  
 IO INAUGURALIS  
*De*  
 ITUM PRÆ-  
 PTIONE.  
*Quam*  
 tate ac Permissu.  
 ULTATIS JURIDICÆ  
 EBERHARDINA  
 PRÆSIDIO,  
 HARDI BARDILI,  
 J. D. & P. P.  
*ue in fure honoribus ac Pri-*  
 RALIBUS, rite & legitime  
 onsequendis.  
 e Januarij.  
 ditorum ventilationi  
*subjiciet*  
 DOVICUS Kreydenmann/  
 Efsling.  
 VBINGÆ,  
 HEINRICI REISII.  
 ano M DC LXX.

